Ferdinandi de Enzinas

Tractatus de cõpoſitione propoſitionis mentalis: actuum ſincathegoreumaticorum naturam manifeſtans: ⁊ ad notitias introductorius: a magro Roberto Uvancop ſcoto nouiter recognitus: atq; in ſuam integritatem reſtitutus.



1528

In domino confido.

Sy. vincent.

GRANADA

Ferdinandi de Enzinas

Tractatus de cõpoſitione propoſitionis mentalis: actuum ſincathegoreumaticorum naturam manifeſtans: ⁊ ad notitias introductorius: a magr̃o Roberto Uvancop ſcoto nouiter recognitus: atq; in ſuam integritatem reſtitutus.



1528

¶ Illuſtriſſimo ac ad modum reuerendo patri Fratri Joanni a Toleto nonminus proauorum Splendore quam morum integritate clariſſimo patronoq̃ ſuo Ferdinandus de Enzinas Salutem.

Vererer hec parua vir clariſſime dignitati tue dicare ni expertus fuiſſem qua animi benignitate atq̃ hũanitate: que prius tibi dedicauerã ſuſceperis clementia etenĩ ⁊ humanitas multos nõ ſolũ audaces efficiũt verũ ad audaciã inuitant. Quo fit vt que hiſce diebus de propoſitionis mentalis cõpoſitione ad que intellectus vim potentiaſq̃ exprimebant interq̃ hortatu precibuſq̃ amicorũ hec que de cõpoſitione eorum (quibus mens concipit) tradebant ſcripſerint in lucem ſub tui nominis ſplendore prodire ſciui vt vulgo omnes intelligant quantũ me tibi debere fatear quantũ que Tuo tribuã nomini illuſtriſſimo cuius ſplendore atq̃ tua authoritate liuidi om̃es atq̃ obtrectatores hinc ſubmoueri nõ ignoro. Suſcipe ergo qua ſoles alacri ſerenaq̃ fronte paruũ hoc volumẽ: quod ſi per ociũ licuerit (que tua eſt cura) diligentius volueris benignius foue: atq̃ pro tui ingenij acumine caſtiga. meq̃ iam tibi deditũ deditiſſimum exiſtima. Uale Ex noſtra paleſtra Bellouaca apud Parrhiſios quinto idus Junij.

¶ Quia intendimus de ſincathegoreumatis que alij conſignificatiuos terminos alij orationũ cõpagines fere autẽ oẽs act⁹ ſincathegoreumaticos vocant nõnulla tradere idq̃ a queſtione de compoſitione propoſitionis mẽtalis dependet.

Queritur. vtrum propoſitio mentalis ſit cõpoſita ex plurib⁹ partialibus notitijs. quarũ vna ſit ſubiectum. ⁊ alia predicatum ⁊ alia copula. ⁊ arguitur. pars affirmatiua auctoritate Ariſtotelis in ſecundo perihermenias ſententis omnẽ affirmationẽ vel negationem ex nomine vel ex nomine infinito ⁊ verbo eſſe compoſitam. partem vero negatiuam argumentor ratione Gregorij ariminenſis. quia ſi ſic eſſet ſicut aſſerit pars affirmatiua. ſequeretur eandem propoſitionẽ mentalẽ eſſe veram et falſam impoſſibilem et neceſſariam. ſed hoc eſt falſum ergo ⁊ illud ex quo ſequitur. ſequela probatur quoniam capta iſta propoſitione mẽtali omnis albedo eſt qualitas. in qua ly albedo eſt ſubiectum. ⁊ ly qualitas eſt predicatum. ⁊ ponitur ly omnis tunc manifeſtum eſt illam propoſitionem eſſe veram ſed probatur falſitas eius. bene ſequitur hec propoſitio omnis qualitas eſt albedo eſt falſa. et hec propoſitio omnis qualitas eſt albedo. eſt iſta propoſitio om̃is albedo eſt qualitas. ergo iſta propoſitio omnis albedo eſt qualitas eſt falſa. conſequentia eſt ſyllogiſmus expoſitorius ⁊ probatur minor quia de veritate maioris nemo ambigit. bene ſequitur iſti. iiij. termini omnis albedo eſt qualitas ſunt iſta propoſitio omnis albedo eſt qualitas, ⁊ iſti ijdem ſunt iſta propoſitio om̃is qualitas eſt albedo. ergo iſta propoſitio omnis qualitas eſt albedo. eſt iſta propoſitio omnis albedo eſt qualitas quod fuerat probandũ. ſimilimodo deduceris veritatem huius omnis homo eſt ſubſtãtia: ⁊ ſimiliter eiuſdẽ impoſſibilitatẽ.

¶ Confirmatur nulla eſt ratio. nec experientia ad multiplicandum huiuſmodi actus. nec aliqua auctoritas fidedigna ad ponendum apprehenſiuam mentalẽ diſtinctam a iudicatiua. ſed iudicatiua eſt ſimplex qualitas. vt omnes fatentur ergo ⁊ apprehenſiua preterea ad multiplicandũ hic ſincathegoreumata in propoſitione nulla eſt ratio. ergo nullũ eſt ponendum. at ſi nullum ponatur ſincathegoreuma. non erit compoſita propoſitio mentalis. non eſt, ergo ꝓpoſitio mẽtalis compoſita: ſed ſimplex.

¶ Circa iſtam queſtionẽ duas ſolum inuenio probabiles opiniones. quarum prima eſt Gregorij ariminenſis tenentis in prologo ſententiarum articulo tertio. q. p. nullam propoſitionẽ mentalem componi ex pluribus partialibus notitijs. ſed omnem talem eſſe ſimplicẽ qualitatem. quare ſecundũ eum nullus actus ſincathegoreumaticus poteſt reperiri in mente. Alia eſt opinio cõmunis que oppoſitum huius defendit.

¶ Dixi hic tñ duas ꝓbabiles opiniones inueniri q̃m opinionẽ de aliaco defendẽtis propoſitionẽ mentalẽ cathegoricam eſſe ſimplicem qualitatẽ et propoſitionẽ mentalem ypotheticam eſſe compoſitã ex pluribus partialibus notitijs ſpẽ diſtinctis. non probo quoniã nulla ratione aut auctoritate fulciri poteſt vt clarebit videndo rationẽ quam petrus de aliaco ad ipſum defendendũ adducit. nam ipſe credit propoſitionẽ mentalẽ cathegoricã eſſe ſimplicem qualitatem argumentis Gregorij iam factis ad partem negatiuã queſtionis victus ⁊ propoſitionẽ ypotheticam aſſerit eſſe cõpoſitam ne detur aliqua qualitas ſimplex repreſentans contradictorio modo. quod inconueniens reputat de ſignificatione totali quod incõueniens ſic probat capta hac propoſitione ſor. currit ⁊ ſor. non currit. iſta propoſitio ſubordinatur vni ſimplici qualitati. et contradictorio modo repreſentat:

quoniam illa qualitas cui ſubordinabitur repreſentabit ſor. currere ⁊ etaim ſortem non currere. quia tantum ſignificat ſicut illa vocalis et hoc de ſignificatione totali. quia talis qualitas nō habet partes diuerſaꝝ rationum. ergo aliqua qualitas contradictorio modo ſignificat qđ petrus de aliaco magnum eſſe inconueniens indicat. ſed in idem inconueniens ipſe incidit quoniā concedit aliquē poſſe aſſentire duabus contradictorijs vnico aſſenſu quiquidē aſſenſus ſcđm oēs eſt ſimplex qualitas ⁊ aliqua ſimplex qualitas contradictorio modo de ſignificatione totali ſignificat.

¶ Item preterea ſic poteſt probari quoniam propoſitio mentalis: cui hec propoſitio cathe. ſor. eſt ⁊ non eſt ſubordinatur eſt ſimplex qualitas ſcđm eum ⁊ contradictorio modo ſignificat: quoniā ſignificat ſortē eſſe. ⁊ ſortē non eſſe ergo aliqua qualitas ꝯtradictorio modo ſignificat.

¶ Arguitur etiam contra ipm probando ipſum nō bene inſpexiſſe rationes Gregorij quoniā ſi propter rationem primā quam adduximus ad probandum partē negatiuam defendit propoſitionem cathegoricam eſſe ſimplicem qualitatem: eadem ratione probabo propoſitionem ypotheticam non componi ex pluribus propoſitionibus quod ſic deduco. quoniam ſi componeretur ſequitur eandem propoſitionem eſſe neceſſariam ⁊ impoſſibilem. ſed hoc eſt falſum et impoſſibile. ergo ⁊ opinio. ſequela probatur. iſta propoſitio mētalis ſi homo currit homo mouetur. eſt neceſſaria ⁊ eadem eſt impoſſibilis ſi inueniatur ly ſi connectens has duas propoſitiones homo currit homo mouetur (quas tenet eſſe ſimplices qualitates quia cathegorice ſunt) ergo eadē propoſitio eſt impoſſibilis et neceſſaria. minor probatur iſta propoſitio ſi homo mouetur homo currit. eſt impoſſibilis. ⁊ iſta propoſitio ſi homo mouetur homo currit eſt hec ſi homo currit homo mouetur. ergo hec ꝓpoſitio ſi homo currit homo mouetur eſt impoſſibilis conſequentia eſt ſyllogiſmus expoſitorius. ⁊ probatur minor quia maior manifeſta eſt iſte due propoſitiones homo currit et homo mouetur ⁊ hec coniunctio ſi ſunt iſta propoſitio ſi homo currit homo mouetur et eedem propoſitiones ⁊ hec coniunctio ſi ſunt hec ſi homo mouetur homo currit: ergo hec propoſitio ſi homo mouetur homo currit eſt hec ſi hō currit homo mouetur et ſic eadem propoſitio eſt impoſſibilis et neceſſaria et nullam reſponſionem poteſt dare ad hanc rationē Petrus de aliaco quin eandem det argumento facto pro parte negatiua concluſionis atqꝫ omnes rationes que poſſunt adduci ad probandum propoſitionem cathegoricam eſſe ſimplicem qualitatem conſimiles ad probandum hypoteticam adduci pñt quare relinquit opinio de aliaco.

¶ Redeundo ergo ad opinionē Gregorij quam nōnulli diuo Thome attribuunt notandum eſt ipſam ſic eſſe intelligendam audita iſta propoſitione homo eſt animal intellectus primo format conceptum omnium hominum et deinde conceptum omnium animalium quibus conceptibus in anima exiſtentibus intellectus producit vnam ſimplicē qualitatem repreſentantem hominem eſſe animal que quidem ſimplex qualitas dependet in fieri et conſeruari a notitijs illis cathegorematicis et hoc modo intelligēda eſt Gregorij opinio: ⁊ non quēadmodum quidam dicit ꝙ adueniente notitia hominum ſi deinde adueniat notitia animalium corrumpitur notitia hominum precedens quia inter illas duas notitias non inuenitur aliqua contrarietas: ergo adueniēte vna notitia non corrumpitur alia.

¶ Et per hoc facile erit reſpōdere ad obiectionem quam Petrus de aliaco contra Gregorium obijcit. concedo nāqꝫ fore poſſibile vnam qualitatem ſimplicem ſignificare ꝯtradictorio modo hoc eſt tm̄ ſicut due ꝯtradictorie de ſig̃tione totali hoc eſt de ſig̃tione totali que rōne vnius partis nō prouenit q; non habet partes differentes ratione. quādo ipſa illud nā adequate ſignificat quēadmodum ipſe de Aliaco concedere habet aliquam ſimplicem qualitatem ſignificare homines atqꝫ etiam aſinos et hoc non ſignificando aliud ens de ſignificatione totali hoc patet de notitia cui ſubordinatur hoc cōplexum homo ⁊ aſinus qui per opinātem ſimplex eſt.

¶ Dubitatur iam circa opinionē hanc vtrum propoſitio mentalis nō vltimata ſit ſimplex qualitas: an compoſita ex pluribus partialibꝰ notitijs: ad quod reſpōdet Gregorius poſtqꝫ poſuerat diuiſionem propoſitionis in mentalem vltimatā et non vltimatam: omnem propoſitionem cuiuſcunqꝫ generis non eſſe compoſitam ex pluribus notitijs partialibus.

¶ Contra hanc opinionem ſic arguitur. audita hac vocali homo eſt animal poteſt prius formari conceptus non vltimatus huius vocis homo: et deinde conceptus non vltimatus: huius vocis eſt et cōceptus huius vocis animal: quibus exiſtantibus in mente non vltimata componitur terminus ſignificās ad placitum hominem eſſe animal: quia conceptus illius vocis homo ſignificat homines ad placitum: et conceptus illius termini animal: omnia animalia ⁊ conceptꝰ de ly ē aliqualiter vnitiue: quare illi tres conceptus tantum: ſignificant in mente quantum ſignificant in voce: ſed in voce ſignificant hominez eſſe animal: ergo in mente idem ſignificabunt: et per conſequens ille ternarius cōceptuum non vltimatorum ſignificabit hominē eſſe animal: et erit propoſitio.

¶ Nec valet ad hoc dicere: conceptus nō vltimatos nō ſignificare ad placitum ea que per voces ⁊ ſcripturas quarum ſunt conceptus ſignificantur: quia ſi ſic nulla eſſet propoſitio mentalis non vltimata: nec ſimplex: nec cōpoſita: quod ſic patet: ꝙ vel talis propoſitio ſignificat propoſitionaliter proprie vel ad placituz ſi primum ſequitur ꝙ talis propoſitio eſt mentalis vltimata ſecūdum talem ſignificationem poſtqꝫ ſecundum talem non eſt naturalis ſimilitudo alicuius termini: ſi ſecundum habetur propoſitum: quoniam talis propoſitio non ſignificat ad placituz niſi ratione vocis vel ſcripture cuius eſt conceptus non vltimatus: relinquitur ergo iudicio meo probatuz aliquam propoſitionem mentalem non vltimatam quandoqꝫ eſſe ſimplicem: verbi gratia ſi ly a in voce imponatur ad ſignificandum hominem eſſe animal: conceptus non vltimatus illius vocis a: eſt propoſitio non vltimata et eſt ſimplex qualitas: nec valet adhuc negare propoſitiōis vocalis: cuius partes formaliter ſignificant mentalem non vltimatam quandoqꝫ eſſe ſimplicem qualitatem: ſicut quidā vir doctus negat: q; iſtis tribus ſcripturis exiſtentibus homo eſt animal poſſuz formare conceptum illarum trium ſcripturarū copulatim ⁊ nullius earum quēadmodum poſſum habere notitiam viſuam centum hominum et nullius eorū et cumuli granoruz tritici et nullius grani: tunc ille conceptus nō vltimatus erit ſimplex qualitas terminata ad illud aggregatum et eſt propoſitio non vltimata propoſitionis vocalis habentis plures partes: ergo propoſitum.

¶ Iſta que de hoc dubio dicta ſūt ſecundum opinionem communem etiā ſunt vera ⁊ ideo vt meliꝰ intelligātur: arguitur ſic contra hoc id quod dictum eſt ꝙ aliqua propoſitio mentalis nō vltimata ex pluribus partialibus notitijs eſt cōpoſita: itaqꝫ vt probatum eſt ſi aggregatum ex tribus conceptibus non vltimatis quibus ſubordinātur iſte tres voces homo eſt animal eſſet vna propoſitio: ſequeretur ꝙ daretur aliquis terminꝰ qui eſſet ſignum ponibile in propoſitione et tamen per ſolam depoſitionem non erit ſignum ponibile in propoſitione: hoc patet de illis conceptibus nō vltimatis homo eſt animal qui nunc faciūt vnum terminum: quia vnam propoſitionem mentalem non vltimatam et ſic aggregatuz ex illis erit ſignuz ponibile in propoſitione: et tamen ſi illa copula eſt deponatur a ſua ſignificatione in voce ita ꝙ non aliqualiter ſignificet: iam illud aggregatuz non erit ſignum ponibile in propoſitione poſtqꝫ enim illud aggregatuz non eſt terminus complexus nec incomplexus: ſed ſunt tres conceptus non ſe habentes ſicut determinatio et determinabile: nec ſunt cōiuncti aliquo modo ſicut nec buf: baf: non faciunt vnum terminum.

¶ Ad hoc argumentum reſpōdetur concedendo quod infertur nec eſt inconueniens: vt patet de hoc complexo: homo et aſinus quod quidem eſt terminus: tamen ſi deponeretur a ſua ſignifi-

catione ly ⁊ deſineret eſſe terminus intelligo defendendo cõmunem modum qui tenet hoc aggregatum: homo: aſinus: nõ eſſe terminum.

¶ Et per hoc poteſt ſolui vnum argumentum commune de ſubiecto huius propoſitionis homo eſt animal eſt propoſitio: de cuius ſubiecto poteſt defendi recte ꝙ eſt terminus complexus ſecundum ſignificationem quam ibi habꝫ ⁊ etiam ꝙ eſt terminus incõplexus: nam poteſt dici ꝙ ſubordinatur vel vnico conceptui incomplexo non vltimato repreſentanti iſtam propoſitionem homo eſt animal: et omnes propoſitiões ſibi ſimiles. vel tribus conceptibus non vltimatis illarum trium vocum vnam propoſitionem mentalem non vltimatam componẽtibus qui quidem ſignificabunt eodem modo: ſicut iſta: homo eſt aĩal. Atꝗ hoc cenſeo eſſe dicendum circa ſubiectuꝫ propoſitionis dare relicta opinione multorũ ⁊ per hec que dicta ſunt facile reſpõdebis ad id quod ſolet peti circa ſubiectũ propoſitionis petire. querunt enim vtrũ ly eſt in ſubiecto huius homo eſt animal eſt propoſitio capiatur ſignificatiue vel non ſignificatiue puta materialiter tantum pro illa voce. ſi vltimum: ſequitur ꝙ tantum valebit illa propoſitio: ſicut hoc homo buſ: animal eſt propoſitio: ſi primũ ſequitur totum ſubiectum ſignificatiue capi: ⁊ ſic propoſitio ſecundum ꝙ propoſitio eſt extremum.

¶ Ad hoc aliqui darent ſecunduꝫ videlicet ꝙ ly eſt non capitur ſignificatiue: et tunc ad illatum illi negarent quod idem ſit dicere: homo eſt animal eſt propoſitio: et homo buſ: animal eſt propoſitio nam quãuis ly hõ quod eſt pars huius termini homo in hac propoſitiõe: homo eſt nomen: capiatur materialiter nõ propterea idem eſt dicere homo eſt nomen ⁊ buſ: mo: eſt nomen et ſi dicas ſi illi tres termini puta homo eſt animal non ſignificatiue capiendo ly eſt faciunt vnũ terminũ: ergo iſti tres homo lapis equꝰ.

¶ Ad hoc nonnulli concedunt illatum ſi illis tres termini materialiter capiuntur: ſed hoc non apparet verum: nam eomodo omnes termini mundi conſtituerent vnum terminum quod fortaſſe capiendo terminum large faterentur.

¶ Alij dicũt negãdo ꝙ illi tres termini facerent vnum terminum quãuis iſti tres termini homo eſt animal vnum componunt nam quãuis ly eſt ſecunduꝫ ſignificationem quã ibi habeat non exerceat ibi ſuam vim vnitiuam: tamen in potentia propinqua eam exercet et hoc ſufficit ad hoc ꝙ aliqualis ſit complexio inter tales terminos ſaltem ad hoc quod vnã componant ſignificationem.

¶ Solutio eſt aliorũ qui dicunt ⁊ fortaſſe rectiꝰ ꝙ ly eſt capitur ſignificatiue in ſubiecto illius propoſitionis nec ꝑpterea ſequitꝛ ſubiectũ illiꝰ ꝑpõnis eſſe ꝓpoſitionem: nam aiunt partes ſignificatiue ſumi: et totum materialiter quemadmodũ cõtingit de ſubiecto harum ſortes et plato eſt copulatum: omnis homo eſt totuꝫ in quantitate ⁊c.

¶ Ex dictis igitur patet ſubiectuꝫ illius propoſitionis eſſe terminum complexum: nam ſubiectum illud eſt propoſitio: ergo eſt terminus complexus. nos tamen diximus ſecundum ſignificationeꝫ quam ibi habet et complexe et incomplexe ſubiectuꝫ date propoſitionis ibi ſumi poſſe.

¶ Circa hec poteſt dubitari vtrũ ſecundum opinionem communem: vel iſtam poſſit dari propoſitio mentalis reflexa: et videtur quod ſic: quia dabilis eſt aliqua notitia reflexa vel ergo intellectꝰ illam vni alteri vnire affirmatiue vel negatiue: poteſt vel non poteſt dari: ſecundum ergo debet dari primum partem negatiuaꝫ. arguo ſic non poteſt dari actus ſincathegoreumaticus reflexus ergo nõ poteſt dari copula reflexa: et ſic ſequitur quod non poterit dari propoſitio mentalis reflexa: antecedens probatur: illa notitia reflexa ſignificat aliqd poſtꝗ̃ ſignificat directam notitiaꝫ ad quam terminatur: ergo non eſt ſincathegoreuma.

¶ Ad hoc argumentum reſpõdet quidam concedendo poſſe dari propoſitionem mentalem non vltimataꝫ eo modo quo dictum eſt non autem propoſitionem reflexam: et ratio huius eſt: quia ex notitia reflexa hominum: et reflexa animalium: et reflexa de ly eſt non poteſt cõponi propoſitio mentalis aliqua: quia reflexa de ly eſt nõ poteſt vnire: cũ ſit notitia reflexa cuiuſdaꝫ vere qualitatis videlicet actus ſincathegoreumatici directi.

¶ Sed hoc repugnat dictis prius quia ſi notitia non vltimata iſtius vocis eſt aliqualiter ſignificat et poteſt vnire ſuum obiectũ: etiam notitia reflexa iſtiꝰ qualitatis mentalis eſt ſignificabit aliqualiter: et poterit vnire. Quare propter hoc argumentum concedo ꝙ ſicut datur propoſitio mentalis non vltimata compoſita etiam datur propoſitio mentalis reflexa compoſita et ad argumentum in oppoſitum negatur antecedens ⁊ ad probationẽ negatur conſequentia: quia ſtat bene ꝙ aliquis terminus ſignificet aliqd aliqualiter et ſecundum ſignificationem quam ſignificat aliqualiter vniat: et illa notitia reflexa ſignificat aliquid naturaliter proprie: ſicut ſuum obiectum: ⁊ quia ſuum obiectũ ſignificat aliqualiter: ideo ipſa poſtꝗ̃ eſt non vltimata ſignificabit etiam aliqualiter non curo hic inquirere quomodo notitia reflexa ſignificat rem ſignificatam per directaꝫ: quia hoc ex terminis patet.

¶ Jam contra hanc Gregorij opinionem: primo ſic arguo argumento cõmuni. Sequeretur ſi dicta eſſent vera: qꝺ ly omnis non diſtribueret: nec confunderet: conſequens eſt falſuꝫ: ergo et antecedens: ſequela probatur: ly omnis non ſignificat aliquid: nec aliqualiter: ergo nec diſtribuit: nec confundit. Probatur antecedens. quoniaꝫ ſignificat aliqualiter diſtributiue: hoc eſt mediãte alio termino cui ſubordinatur: ſed nulli termino mentali ſubordinatur ly omnis: vt ex opinione compertum eſt: ſequitur ergo quod ly omnis non ſignificat.

¶ Cõfirmatur: ſequitur ex opinione poſſe dari terminos equiuocos: conſequens eſt falſum: ergo et antecedens: ſequela probatur: poteſt dari vnus terminus abſolutus incomplexus ſignificans canes latrabiles piſcem marinum: et ſidus celeſte. ergo datur conceptus equiuocus: conſequentia videtur nota: quoniam nõ aliter videtur poſſe probari aliquem terminum eſſe equiuocuꝫ niſi iſto modo. Probatur antecedẽs qualitas ſimplex cui ſubordinatur iſtud copulatum: canis latrabilis ⁊ ſydus celeſte et piſcis marinus eſt terminus incomplexus: et etiam abſolutus: quia capio partes illiꝰ copulati abſolute: et ſignificat tantũ adequate: ſicut iſte terminus canis: ergo ſignificat ſydus celeſte canes latrabiles ⁊ piſcem marinum.

¶ Subconfirmatur: ſequitur regulam iſtam cõmuneꝫ nominalium eſſe falſam videlicet a quacunꝗ conuenientia eſſentiali reperta ĩter aliqua entia eſt abſtrahibilis vnus conceptus abſolutus repreſentans omnia illa que in tali conuenientia poſſunt conuenire: et ſoluꝫ illa: ſed hoc eſt falſum. quod patet per rationem regule quam in predicabilibus ponemus: ergo opinio nulla: ſequela probatur: poteſt dari aliquis terminus incõplexus: et abſolutus repreſentans hominem ⁊ lapidem non repreſentãdo equos qui magis conueniunt cum hominibus et cum lapidibus: ꝗ̃ homines cum lapidibus: ergo illa eſt falſa. Cõſequentia eſt manifeſta: et probatur antecedens. Qualitas ſimplex cui ſubordinatur iſtud diſiunctum homo vel lapis: ſeu iſtud copulatum homo et lapis repreſentat ſolum homines et lapides non repreſentando equos: ergo propoſitum.

¶ Ad argumentum ſolet reſponderi communiter negando ſequelam: et ad probationẽ negatur antecedens ⁊ ad probationem antecedentis dicitur non eſſe inconueniens dare aliquem terminum ſincathegoreumaticum: qui nulli termino ſubordinetur in mente. Sed id inconueniens eſſet de terminis ſincathegoreumaticis. Et ſi queratur cur igitur ly omnis dicitur ſignificare diſtributiue et eſſe ſincathe.

¶ Ad hoc reſpondetur: ideo ipſum dici eſſe ſincathego. quia non ſignificat aliquid: neꝗ aliqua: ſed ratione eius aliqualiter ſignificatur per propoſitionem qualiter non ſignificaretur: ſi ipſum non poneretur: vt capta ea propoſitione

homo eſt animal: per iſtam propoſitionẽ ſignificatur hominem eſſe animal et adueniente iſto ſigno oīs ſignificatur omnem hoīem eſſe animal: ⁊ ſic facit ipſum ſignificare taliter qualiter non ſignificaretur per illam propoſitionẽ ipſo nō adueniente: ⁊ ideo dicitur ſignificare diſtributiue: quia ipſum facit ⁊ denotat terminum cui additur accipi pro ſuis ſignificatis copulatiue qualiter non denotaretur in tali ꝓpoſitione: niſi ipſum adderetur.

¶ Contra hanc ſolutionem arguitur: nullus terminꝰ ſignificat aliqualiter nec aliquid niſi intellectus taliter vel tale concipiat: ſed intellectus nō intelligitur diſtributiue: ergo ille terminꝰ omnis in voce non ſignificat diſtributiue: conſequentia eſt nota ⁊ maior notior ex diffinitione de ly ſignificare q̄ dicit ꝙ ſignificare ē repreſentare ſeu dare intelligere. Sed minor ꝓbatur: intellectꝰ nō hꝫ aliquā notitiam ſignificātē diſtributiue: ꝫ intellectꝰ nō intelligit diſtributiue. Antecedens probatur ex dictis: quoniam dictum eſt in mente non inueniri actum taliter ſignificantem qualiter ly omnis: ſi enim inueniret̄ ſubordinaretur illi qđ eſt cōtra rōnem.

¶ Ad hoc argumentum reſpondetur negando minorem: ⁊ ad probationeꝫ diſtinguo ꝙ in mente non inueniatur aliquis terminus ſignificās diſtributiue. Si em̄ intelligatur: ꝙ in mēte nō inuenitur aliquis terminus ſignificans adequate diſtributiue id cōceditur. Si autem intelligatur ꝙ non inueniatur terminus ſignificans inadequate diſtributiue: id negatur: imo qualitas ſimplex que eſt propoſitio repreſentans omnem hominem eſſe animal ſignificat diſtributiue inadequate. Dico iam ꝙ ad hoc ꝙ intellectus intelligat diſtributiue: ſufficit qđ hēat notitiam inadequate repreſentantem diſtributiue. Nec ideo ſequitur ꝙ talis terminus ſincathegoreumaticꝰ in voce tali notitie inadequate repreſentāti ſubordinetur: quoniam ſubordinari eſt ſua ſignificata: ſeu ſignificationeꝫ repreſentare mediante aliquo ſibi ſynonimo.

¶ Confirmationis reſpōſio dependet ex hoc dubio videlicet. An propoſitio mētalis dato ꝙ ſit ſimplex q̄litas debeat dici terminus complexus. ſi enim tales qualitates dicerentur termini complexi facile ſolueretur confirmatio. Ad hoc tamen dubium reſpondet Petrus de aliaco per aliquas propoſitiōes. Quarum aliquas hic appono.

¶ Prima propoſitio non dicitur terminꝰ mentalis complexus: quia equiualet in ſignificando alicui termino habenti plures partes diuerſarum rationum diuerſimode ſignificantes: quia ſi ſic ſequeretur notitiam non fore complexam naturaliter: ſed ſolum ad placituꝫ. Quod ſic patꝫ quia ſi qualitas cui ſubordinatur iſta ꝓpoſitio: homo eſt animal ſit complexa: q̄ reſpondet huic vocali homo eſt animal: ſequitur ꝙ ſi illa vocalis deponat̄ a ſua ſignificatione: ⁊ ly a imponatur ad ſignificandum tantum quantum homo eſt animal: iam illa notitia diceretur incomplexa: poſtq̄ non equiualet in ſignificando propoſitioni vocali compoſite.

¶ Secunda propoſitio. Propoſitio mentalis: ideo dicitur compoſita: quia equiualet in ſignificando propoſitioni habenti plures partes: non quidem ꝙ ille ſunt partes proprie talis propoſitionis: ſed dicentur improprie in ſignificatiōe: ſed hec propoſitio apparet falſa: q: qualitas ſimplex repreſentans hominem eſſe animal vel dicetur compoſita ſeu complexa: quia equiualet in ſignificādo propoſitioni vocali habenti plures partes: ⁊ hoc non: vt patet ex precedente ꝓpoſitione. vel quia equiualet in ſignificando vni propoſitioni habenti plures partes diuerſarum rationum: et hoc nō quia in anima nō poſſunt tales termini diuerſarum rationuꝫ componere propoſitionem poſtq̄ deficit ſincathe. neq; equiualet illis terminis: q: propoſitio non equiualet non propoſitioni relinquitur: ergo propoſitionem mentalem: neq; aliquam aliam notitiam eſſe complexā poſtq̄ nec ad voces: nec ad ſcripturas: nec ad propoſitiones exiſtentes in mente haberi poteſt recurſus. Et ideo dicunt nonnulli terminum complexum non inueniri in mentem etiam ſed ſoluꝫ in voce: et ſcriptura: ex quo ſequitur ſecūdum hos terminum complexum ⁊ incōplexum eſſe ſynonimos: et ſecūdum hāc opinionem difficile eſſet ad ſubconfirmationem reſpondere nihilominus tamen reſpondeo negando ſequelam: et ad probationem dico ꝙ cōceptus cui ſubordinatur hoc totū copulatū. Canis: latrabilis piſcis marinus ⁊ ſydus celeſte eſt terminus incōplexus ⁊ abſolutus. Sed nego ꝙ ſit ſynonimus cū illo termino canis: quia ille cōceptus ſignificat aliqualiter qualiter ly ⁊ non autē ille terminꝰ canis. Siłr ille terminus ſignificat oīa illa coniunctim non autem ille terminus canis.

¶ Et ad cōfirmationem reſpōderet̄ regulā illā cōem nominaliū intelligi debere de conceptu abſoluto ⁊ incomplexo: qui nō dependet in fieri: ⁊ cōſeruari ab aliis terminis. modo dico ꝙ noticia cui hoc totū homo ⁊ lapis ſubordinat̄ (⁊ ſi qualitas ſit ſimplex) dependet tñ in fieri ⁊ conſeruari a noticia hoīm ⁊ noticia lapidū: hanc ſolutionē nota pro intellectione relatiue. Sed quia apparet facile poſſe ſuſtentari terminos cōplexos reperi in mēte ideo.

¶ Reſpōdeo ad dubiū prius motū qualitates nonnullas ſimplices eſſe cōplexas: ⁊ id a poſteriori cognoſcimus per hoc ꝙ poſſunt equalere termino vocali vel ſcripto cōplexo: illum autem terminuꝫ voco complexum vocalem qui habet plures partes diuerſimode ſignificantes iuxta ſignificationeꝫ totius: vel equiualet vni tali vel poteſt equiualere ſecundum talē ſignificationeꝫ. Uel aliter definias ſi placet. Terminus vocalis cōplexus eſt terminus habens plures partes ſe habentes ſicut determinatio ⁊ determinabile: vel ſe habentes ſicut coniungens ⁊ coniungibile: vel terminus talis potens eq̄ualere ſecundum ſignificationem quam habet. Per equiualere intelligo correſpōdentiam in ſignificando ſeu ſynonimitatem in ſignificando. Nec contra hoc procedit argumentum quo Petrus de aliaco impugnat illam propoſitionem: quia nos non dicimus terminum mentalem dici complexum: quia reſpondet ſignificando termino vocali complexo: ſed quia poteſt correſpondere.

¶ Alij diffiniunt aliter terminum complexum mentalem: vnde dicunt omnem noticiam ſignificantem aliqualiter qualiter per conceptum quem preſupponit: vt noticia eſt: eſt terminus complexus. Dicitur notanter: vt noticia eſt: quoniaꝫ nulla notitia preſuppōit aliam noticiam vt notitia eſt niſi talis cōplexo modo repreſentet: quoniam beneſtat aliquaꝫ noticiam preſupponere aliam vt qualitas eſt eſto ꝙ ſit incomplexa: vt noticia intellectiua preſupponit ſenſitiuam: ſed nō p̄ſupponit eaꝫ. vt notitia eſt. Quoniā eſto quod non eſſet noticia adhuc preſupponeret eam. Sed ſolum preſupponit eam: vt eſt qualitas: ⁊ etiam propter ordinem potentiarum: aut ſi vis dic proportionaliter ad ea que Gregorius dicit de mentali: quod ſuo modo poteſt vocari compoſita aut quia poteſt equiualere in ſignificādo pluribus vocibus vel ſcripturis propoſitionem vocalem: vel ſcriptā ſuo modo componentibus: vel quia compoſitionem vel diuiſionem ſignificat in entibꝰ velut affirmatiua que compoſitionem ſignificat ⁊ negatiua diuiſionem.

¶ Secundo principaliter arguitur: experimur ꝙ audita iſta ꝓpoſitiōe homo eſt animal primo formamus noticiaꝫ hoīm deinde noticiam de ly eſt: et noticiaꝫ omnium animalium atq; ſicut ſucceſſiue ꝓfertur: ita ſucceſſiue cōcipimus: igitur ꝓpoſitio mentalis eſt compoſita.

¶ Ad hoc reſpondeo nos concipere ſucceſſiue ſubiectum et predicatum ⁊ copulam conceptu nō vltimato vt patet experientia. Sed non experimur ꝙ illi copule eſt correſpondeat actus ſignificans vnitiue tantum aut ſignificans propoſitionaliter.

¶ Contra hanc ſolutionem arguitur: talis ſimplex qualitas eſt propoſitio cathegorica: ergo habet ſubiectum predicatuꝫ ⁊ copulam tanq̄ partes principales ſui: hoc eſt falſum quuꝫ ſit ſimplex qualitas ergo opinio.

¶ Ad hoc reſpondetur talem propoſitionem habere ſubiectum et predicatū quodammodo virtualiter: quoniam per illuꝫ concipimus aliquid: vt alteri attributuꝫ ⁊ aliquid cui attribuitur aliud: vt capta ſimplici qualitate cui ſubordinatur hec propoſitio homo eſt animal illa propoſitio ſignificat homineꝫ eſſe animal: ⁊ ideo homo eſt cui aliquid attribuitur: et animal eſt aliquid quod alteri attribuitur: quare homo eſt erit ſubiectum ⁊ animal predicatum virtualiter.

¶ Cōtra hanc ſolutionem arguitur poſtq̄ illa ſimplex qualitas eque bene preſupponit noticiaꝫ omnium hominum: ſicut noticiam omnium animalium non

videtur magis cur notitia hominum ſit
ſubiectum et notitia animalium predica
tum aut ecōtra ſequitur:igitur ꝙ vtrūq;
erit ſubiectū ⁊ vtrunq; erit predicatum.
¶Ad hoc reſpondent:quidam conceden
do qđ infertur: ⁊ ita īquit ſimplicē quali
tatē que propoſitio dicitur repreſentās
hoīez eſſe aīal repſentare etiā aīal eē ho=
minem.Sed hic non conſequenter loqui
tur.Quod ſic patet:quoniam eadem ra=
tione propoſitio cui ſubordinatur hec ꝓ
poſitio homo erit albus:ſignificat homi=
nem fore album:⁊ etiam abuz fore homi
nem quod impoſſibile eſt : quia tunc illa
ſimplex q̄litas eſſet vera ⁊ falſa caſu quo
homines tunc ſunt albi : ⁊ nūq; poſt hoc
erunt albi.eſt eñi vera in ſenſu quo ſigni
ficat album fore hominem ⁊ falſa in ſen
ſu quo ſignificat hominem fore album.
¶Quare aliter dico vt dictum eſt in pro=
poſitione cui hec vocal' homo eſt animal
ſubordinatur illum terminum homo eē
ſubiectum ⁊ illum terminum animal p̄=
dicatum:quoniam homo eſt cui aliquid
attribuitur et illa ꝓpoſitio ſignificat ani
mal homini attribui ⁊ non hominez ani
mal,attribui :ſignificat enim hominem
eſſe animal:⁊ non animal hominem eſſe.
¶Et ſi arguas:nō ē maior rō q̄re illa q̄=
litas ſignificet hominem eſſe animal: q̄
animal eſſe hominem poſtq̄ ab eiſdem
terminis dependet:ergo vtrumq; illorū
ſignificat.
¶Hoc argumentum ſimile eſt cuidam
quod fit contra opinionem communem:
et ideo contra vtramq; militat.Solet eñi
queri quare in hac propoſitiōe vocali om
nis albedo eſt qualitas poſtq̄ ille termi
nus omnis eque immediatus eſt noticie
albedinum ⁊ noticie qualitatū. vnde eſt
ꝙ ly omnis diſtribuit noticiam albedinū
⁊ non noticiam qualitatum: poſtea dici=
tur id ex natura qualitatis ꝓuenire quē
admodum etiam in via communi dicen
dum eſt per hanc propoſitionem homo
eſt animal intellectum intelligere homi=
nem eſſe animal:et non animal eſſe ho=
minem:⁊ hoc ex natura actus ſeu copule
ſic in propoſito dicendum eſt qualitatez
illam ſimplicem repreſentare hominem
eſſe animal:et non animal eſſe hominem
et hoc ex natura talis qualitatis . vnde
datur vna alia qualitas repreſentās ani
mal eſſe hominem et non hominem eſſe
animal etiaz ex natura talis qualitatis.
¶Contra hanc ſolutionem argui
tur:non eſt maior ratio ꝙ habita notitia
omnium hominum : et notitia omnium
animaliuz producatur vna ſimplex qua=
litas repreſentans hominez eſſe animal
q̄ repreſentans nullum hominē eſſe ani
mal aut vnam repreſentantem hominē
fore animal:ergo ſi producitur qualitas
repreſentans hominem eſſe animal ea=
dem ratione debet ꝓduci qualitas ſigni=
ficans nullum hominem eſſe animal: et
per conſequens aut nulla qualitas pro=
poſitionalis producitur aut infinite pro
ducentur.
¶Si forte dicas ꝙ illud ex parte
intellectus ꝓducitur:quia aliter ⁊ aliter
aduertit cum illis terminis ſeu aliter et
aliter conatur.
¶Contra hoc arguitur ꝙ intelle=
ctus diuerſimode aduertat ſeu ītelligat
hoc habet a noticijs ⁊ per cōſequens pri
us eſt qualitatem illam ſimplicem repre
ſentare hominem eſſe animal aut nullū
animal eſſe hominem in intellectu q̄ in=
tellectū diuerſimode ītelligere: ſequitur
ergo ꝙ non prouenit ex parte intellect⁹:
ꝙ diuerſa qualitas producatur.
¶Hoc argumentum ſimile argumento
cuidam que contra opinionem commu=
nē ſolet fieri in quo ſolet queri quare ha=
bita hac propoſitiōe homo eſt animal in
tellectus producit actum diſtribuentem
ſubiectum ⁊ non predicatum aut quare
magis producit actū vniuerſalem q̄ par
ticularē:et ideo hec ratio ſoluetur quan
do traditur opinio cōmunis quia vtrāq;
eque militat argumento dubio vadecu
mo.
¶Contra hanc opinionem ſolent
fieri alique rationes que ab aliquib⁹ pō=
derantur:⁊ tamen nihil valent quarum
prior iam ſoluta eſt ex dictis in confirma
tione: dicunt enim / ſequeretur nullam
propoſitionez eſſe terminum complexū.
Sed hoc eſt impoſſibile igitur ⁊c.Ad hoc
dictum eſt in confirmatione primi argu=
menti.
¶Secundo arguunt:ſequitur ꝙ
nullus erit ſyllogiſmus in mēte: ſed hoc

eſt contra opinātes : ergo opinio nulla.
Sequela probatur in quolibet ſyllogiſ=
mo ſunt tres termini quorum vnus eſt
medium:alter maior extremitas ⁊ alius
minor.ſimiliter oportet eſſe tres propoſi
tiones quarum vna eſt maior:altera mi=
nor ⁊ altera eſt concluſio : ſed nulli ſunt
tales termini in aliquo ſyllogiſmo : ergo
nullus eſt ſyllogiſmus in mente.Simile
etiam ſequitur nullam eſſe predicationē
identicam neč diſparatam in mente. Sz
hoc eſt falſuz:ergo propoſituz.minor ma
nifeſta eſt.Sed probatur ſequela ad hoc
quod aliqua predicatio ſit diſparata opz
ꝙ habeat duos terminos quorum alter
ſit ſubiectum:et alter predicatuz:⁊ quod
ſint diſparati:ſed nulla ꝓpō mētalis in=
uenit in qua ſint duo termini quoruz vn⁹
ſit ſubiectuz ⁊ alter predicatuz:ergo nul=
la propoſitio mentalis eſt predicatio di=
ſparata ac pariformiter probabis nullaz
inueniri identicam.
¶Tertio arguitur adhuc ſequere
tur nullum inueniri in mente aſcenſum
vel deſcenſum.Sed hoc eſt impoſſibile :
ergo opinio.ſeq̄la ꝓbatur: ad hoc ꝙ aliq̄ ꝯña
ſit aſcenſus oportet quod arguatur a ſin
gularibus ſufficiēter enumeratis ad ter
minos communiores in ſupponendo po
ſita conſtantia.Sed hoc nequaq̄ poteſt
fieri in aliqua conſequentia mentali cuz
quelibet talis ſit ſimplex:ergo propoſitū
ac ſimili modo poteris deducere nullam
conuerſionem poſſe inueniri in anima.
¶Ad primū horum iam dictū eſt
et ad ſecundum diſtinguo de cōnotatio=
ne huius termini ſyllogiſmus : quia vel
connotat ꝙ ſit conſequentia bona et for=
malis compoſita ex tribus terminis : et
ꝙ virtute vnionis extremitatuz cum me
dio ſequatur concluſio compoſita ex ex=
tremitatibus et hoc modo cōcedo ꝙ nul
lus inueniatur ſyllogiſmus in mēte vel
connotat hic terminus ſyllogiſmus qđ
conſequentia talis ſignificet ſynonime
cum vna in qua virtute medij vniti cum
extremitatibus ſequatur concluſio.et eo
modo inueniuntur ſyllogiſmi menta=
les aut ſi connotet ꝙ ſit virtualiter com=
poſitus id eſt preſupponens tres propo
ſitiones ⁊ tres terminos ⁊c.et in hoc ſen
ſu etiam inueniuntur ſyllogiſmi menta
les et ſimili modo reſpondebis ad id qđ
tangitur de predicatione atq; pariformi
ter ad id quod de aſcenſu et conuerſione
dicitur:et ſic patet de hac opinione que
quemadmodum dictum eſt ſatis proba=
bilis eſt nec mirū: quia teſte philoſopho
multa falſa ſunt ꝓbabiliora q̄buſdā ve=
ris : ⁊ Gregori⁹ conformiter ad dicta ſua
licet falſa loquitur poſtq̄ enim defende=
bat omnem propoſitionem mentalez vl
timatam eſſe aſcenſum neceſſum erat ꝙ
poſtq̄ q̄libet aſcenſus eſt ſimplex quali=
tas vt probabitur ꝙ etiam quelibet pro
poſitiō mētalis vltimata ſit ſimplex qua
litas.Et ſi hec opinio falſa ſit : nec mirū:
quoniam vno inconuenieñti dato multa
accidunt.Auctoritates que contra hanc
opinionem poſſunt adduci facilem inter
pretationem ſuſcipiunt:quoniam ſi Ari=
ſto.auctoritas afferaẗ ab ipō nō admitte
tur:qz nō magnifacit ariſto.et etiam ſi q̄
ſit auctoritas ariſto.contra dicta ea ex li
bris perihermenias erit:et tunc dices ſi
velis ipſum de propoſitione vocali intel
lexiſſe ſimiliq; modo dices id quod ab
Ariſtotele ponitur primo priorum dicen
te omnem ſyllogiſmuz componi ex trib⁹
terminis et duabus propoſitionibus in=
telligi de p̄miſſis ſyllogiſmi vocalis: aut
dices ꝙ virtualiter componitur ſyllogiſ=
mus.Et ſic patet de hac opinione.

SEd quia de
actibus ſincathego
reumaticis hec di=
ſputatio eſt anteq̄
opinionē cōem po=
namus bonum erit
opinionem Hiero=
nymi pardo narrare.
¶Fuit naq; opinio hieronymi Pardo te
nentis ſincathe.mentalia vel ſcripta ſub
ordinari plurib⁹ noticijs vnde tenet ſin=
cathegoreu.ſic fuiſſe impoſita dependen
ter ad ſignificandum quicquid per ter=
minum cathegoreumaticum cui addi=
tur ſignificatur:et cum hoc aliquid vt ca
pto hoc ſigno omnis:ſi addatur huic ter
mino homo ly omnis ſignificabit: tunc
omnes homines : et cum hoc vniuerſa=
liter : et ſi addatur iſti termino animal
ſignificabit omnia animalia vniuerſali=
ter et iſta copula eſt in hac propoſitio=

ne homo eſt animal ſignificabit homies
⁊ animalia vnitiue poſtq̃ determiat iſtū
terminum homo et iſtum terminum ani
mal et ſi/lis noticie inueniūtur in aīa dat
vna copula i aīa repñtans hoies ⁊ aīalia
vnitiue ⁊ datur alia copula repñtans ho
mines et equos quidem noticia depen-
det a noticia hominum et equorum: et ſi
arguas contra hoc nullum fore ſincathe
goreu. inferendo negabitur conſequētia
⁊ dicitur ideo dicuntur ſincathego. quia
aliqualiter ſignificatur qualiter per ter-
minos quos determinat non ſignificare
tur vnde ly omnis q̃q̃ in hac ꝓpoſitione
omnis homo eſt animal homines et ani
malia ſignificet tamē: quia vniuerſaliter
homines et animalia ſignificat dicitur
ſincathego. et quia ly eſt vnitiue ſignifi-
cat taliter qualiter per termīos quos de-
terminat non ſignificatur dicitur eſſe ſin
cathegoreu.

¶ Contra hanc opinionem arguitur: ſeq̃
tur ꝙ ly omnis in hac propoſitiōe fortes
eſt omnis homo ⁊ ly homo eſſent ſynoni
mi: hoc eſt manifeſte falſum: ergo et ante
cedens: ſequela probatur: ly omnis om-
nes homines ſignificat vniuerſaliter et
ly homo etiam ſignificat omnes homi-
nes vniuerſaliter: ergo ſūt ſynonimi. mi-
nor probatur: ly homo aliquem hominē
ſignificat ⁊ nullus poteſt eē homo quin
illum ſignificet: ergo ly homo omnes ho
mines vniuerſaliter ſignificat.

¶ Ad hoc argumentum reſpondet defen
ſor huius opinionis ꝙ ly omnis ſignifi-
cat omnes homines vniuerſalitate veri-
ficationis: ⁊ ly homo non ſignificat niſi
vniuerſalitate verificationis.

¶ Unde ſignificare vniuerſaliter homi-
nes vniuerſalitate verificationis eſt de-
notare propoſitionem illam verificari ꝓ
quolibʒ homine quemadmodum in iſta
fortes eſt omnis homo.

¶ Contra iſtam ſolutionē multa ipe im
plicat de ſignificatione pronominis de-
monſtratiui. que non omnia bene eſſe ſo
luta mihi apparet. nihilominus tamen
ſic arguitur. ſequitur ꝙ in hac propoſitione
fortes eſt omnis homo ly omīs et ly om
nis homo eſſent termini ſynonimi. conſe
quēs eſt falſum: ergo id ex quo ſequitur.
ſequela probatur: quoniam in mente il-
li duo termini ſignificant vniuerſaliter
vniuerſalitate verificationis omnes ho-
mines.

¶ Preterea ſic arguitur. noticia cui ſub-
ordinatur ly eſt in hac propoſitione/ om-
nis homo eſt aſinus eſt propoſitio men-
talis poſtq̃ ſignificat hominem eſſe aſi-
num: et per conſequens ſequitur noticiā
cui ſubordinatur illa copula eſſe ſynoni-
mam primam cum tota illa propoſitione
homo eſt aſinus: et per conſeqnēs ſequi-
tur ꝙ talis noticia copule non vniet no-
ticiam hominum et noticiam aſinorum
aut ſi vniat tota illa propoſitio mentalis
compoſita vniet vnum terminum cum
alio termino: cum non ſit maior ratio de
copula q̃ de propoſitione poſtq̃ ſunt ſy-
nonime. Preterea poſtq̃ copula et pro-
poſitio ſunt ſynonime ſequitur ꝙ eidem
ſubordinabuntur: et ſic quelibet copula
erit propoſitio.

¶ Cōfirmatur: noticia cui ſubordinatur
ly omnis in hac propoſitione omnis ho-
mo eſt lapis: omnes homines ⁊ lapides
ſignificat vel igitur abſolute vel conno-
tatiue. Si abſolute ſequitur ꝙ debet ab-
ſtrahi talis ſignificatio ab aliqua conue-
nientia eſſentiali reperta inter homines
⁊ lapides quod impoſſibile eſt poſtq̃ nul
la conuenientia eſſentialis inuenitur in
ter hominem et lapidem quin illa inue-
niatur inter hominem et aſinum: nec cō
notatiue ſignificabit: poſtq̃ nō poteſt da
ri aliqua conueniētia accidentalis a qua
abſtrahantur ſignificata talis termini.
Preterea hic inquiritur cur ſicut vnꝰ con
ceptus in anima ⁊ homines et piſces ſi-
gnificat: ſicut ly ens quare nō datur vnꝰ
conceptus ſynonimus cum ly canis om
nino et eodem modo ſignificans ⁊ quic-
quid reſpondeatur proteruus arguens
magnam habebit apparentiam.

¶ Confirmatur ſecūdo ſequeretur ꝙ ſub
illo termino omnis liceret aſcendere diſ-
iunctiue ⁊ deſcendere. conſequens eſt fal
ſum: ergo illud ex quo ſequitur. falſitas
conſequentis manifeſta apparet: ſed pro
batur ſequela ly omīs ſignificat omnes
homines: ergo ratione ſignificationis
licebit aſcendere ⁊ deſcendere diſiuncti-
ue poſtq̃ non diſtribuitur ly omnis. Si
forte dicas ꝙ eſt ſincathego. ⁊ propterea
non licet deſcendere.

¶ Cōtra hoc ſic arguitur ly omnis ſigni-
ficat cathegoreumatice ergo rōne illius
licebit aſcendere.

¶ Reſpōdebis forte ꝙ licet ſignificet ca-
the. non licet aſcendere nec deſcendere
quia etiam ſignificat ſincathe.

¶ Contra hanc ſolutionem arguitur: ſe
queretur ꝙ in hac ꝓpoſitione fortes eſt
omnis homo ſub illo termino omnis hō
nō liceat deſcēdere poſtq̃ ille terminus
omnis homo includit ſincathe. ſi dicas
ꝙ non eſt propter hoc: ſed quia non pōt
ſupponere ideo non licet aſcendere nec
deſcendere: quia de ratione aſcenſus eſt
ꝙ fiat ſub termino ſupponente.

¶ Contra hoc arguitur non ſtando in
connotatione aſcenſus ſequitur ꝙ licet
bene argumentari a ꝓpoſitionibus in
quibus tali termino pronomina demon
ſtratiua adduntur ad ipſum vbi nullū
pronomen additur: q̃admodū fit in hac
chimera eſt.

¶ Si dicas forte ꝙ nō eſt ſimile: quia ly
omnis non poteſt eſſe totale extremum
ſed bene ly chimera.

¶ Contra hoc arguitur. in hac propoſi-
tione hominis aſinus currit: ſub ly ho-
minis licet etiam aſcendere ⁊ tamen ly
hominis non poteſt eſſe totale extremū
niſi ſecundum ſuum ſinonimum quem-
admodum etiam ly omnis poteſt eſſe.

¶ Hec argumenta qualiacūq; ſint cōtra
hanc opinionem non ſoluo: quia non in
tendo illam defendēdo immorari ⁊ ma-
xime quia auctor huiꝰ opinionis: modo
tenet propoſitionem mentalem eſſe ſim
plicem qualitatem: modo tenet eandem
eſſe compoſitam. at ʒ ſic procedit vt vix
ad quam poteſtatem ſe flectat minime
intelliges. ⁊ hec de opinionibus extra-
neis dicta ſufficiant.

Opinio communis.

¶ Modo pro declaratione opi-
nionis communis ponitur talis conclu
ſio. Omnis propoſitio mentalis vltima
ta apprehenſiua eſt propoſitio compoſi-
ta: i. eſt habēs plures partes differentes
ratiōe ex quo ſequitur omnia ſincathe.
inueniri in mente ſicut copule negatio-
nes ſigna diſtributiua confuſiua ſigna
particularia ⁊ alia ſimilia. ſi naq; copule
non inuenirentur propoſitio nō eſſet cō
poſita: nam id quo ſubiectum predicato
vnitur copulā vero notanter dicitur pro
poſitio mentalis vltimata quia quid di
cendum eſſet de non vltimata ſecundū
quancūq; opinionē primo dubio contra
opinionem Gregorij diximus.

¶ Dicitur notanter apprehenſiua: quo-
niam de iudicatiua opinio cōmunis cō-
uenit cum opinione Gregorij dicēdo eā
eſſe ſimplicē qualitatem cuius rationē
ab omnibus communiter loquentibus
pretermiſſam fuiſſe miror hanc tamen
credo poſſe eſſe, ſi propoſitio iudicatiua
eſſet compoſita ſequeretur eandem eſſe
propoſitionem apprehenſiuam ⁊ iudica
tiuam: qđ euidentiſſime falſum eſt: poſt
q̃ plurale eſt apprehendere nō iudicā-
do. ſequela tamen probatur iudicium:
quo iudico hominem eſſe animal eſt pro
poſitio compoſita ex notitia hominū ⁊
notitia animalium ⁊ copula ⁊ eiſdē par
tibus ꝯſtat ꝓpoſitio apprehenſiua qua
apprehendo hominem eſſe animal: ergo
apprehenſiua qua apprehendo hominē
eſſe animal eſt eadem cum indicatiua
qua iudico hominem eſſe animal. minor
probatur quia notitia hominum ⁊ noti
tia animalium non ſunt diuerſe ſpeciei
a notitia hominum ⁊ notitia animaliū:
quare eadem erit apprehenſiua cum iu
dicatiua vel vna erit pars alterius ſecū
dum hanc opinionem facile eſſet argu-
mentum in principio queſtionis diſſol-
uere: ſed quia multa prius intelligenda
ſunt ante quam ipſum diſſoluamus.

¶ Contra concluſionem poſitam argui
tur ad probandum mentalem apprehē
ſiuam vltimatam eſſe compoſitam: quia
deinde de ſincathegoreuma agemꝰ pri-
mo ſic. Nulli nature neganda eſt perfe-
ctio niſi euidenter conſtet perfectionem
illam non poſſe conuenire tali nature:
ſed propoſitionaliter vnica notitia com
prehēdere eſt intellectui perfectio: ergo
non eſt negandum perfectionem illam
intellectui cōuenire: maior patet ex Ari-
ſtotele ſecundo de generatione tenētis
dignificandam eſſe naturam quantum
poteſt.

¶ Confirmatur non minoris perfectio-
nis eſt intellectus in cognoſcendo q̃ vo
luntas in volendo ſed volūtas vnica no
titia poteſt velle amare deū atq; homi-

nem eſſe animal: ergo intellectus etiam vnica notitia debet apprehēdere hominem eſſe animal: nec valet ad hoc dicere voluntatem quando vult hominē eſſe animal habere volitionem terminatā ad homines tantum ⁊ etiam aliam terminatā ad animalia ⁊ habere vnū actū correſpondentem illi copule eſt. Nā hoc nihil eſt dictu quia ſic daretur vnus actus volūtatis q̇ nō eſſet volitio nec nolitio.

¶ Sub cōfirmatur: aſcenſus eſt notitia ſimplex ⁊ eſt propoſitio: ergo aliqua propoſitio eſt notitia ſimplex. maior probata eſt: ⁊ minor probatur: quia vere repreſentat aſſenſus tūc vltra aliqua notitia eſt propoſitio ſimplex: ⁊ non eſt maior ratio de vna ꝗ de alia: ergo quelibet ē notitia ſimplex. Propter argumentū tenet Hieronymus hangeſt tenens opinionē communem non eſſe nobis pro iſto ſtatu caliginoſo manifeſtum intellectum non formare vnam ſimplicem qualitatem repreſentantem hominem eſſe animal: ⁊ ideo aſſerit intellectū poſt formationem huius propoſitionis homo eſt animal compoſite poſſe formare vnam ſimplicem qualitatem apprehēſiuam ſignificantem hominem eſſe animal: que quidem qualitas nō eſt eadem cum notitia hominum: nec cum illa copula eſt: nec cum notitia animaliū: ⁊ dicit ꝙ illa qualitas dependet in eſſe ⁊ conſeruari a propoſitione mentali compoſita: ⁊ ſolū ratio huius doctoris eſt: quia dignificāda eſt natura quantum poteſt: ſed videre meo qualitas illa vltima propoſitionalis ſuperflua eſt: nec ab intellectu productibilis: poſt alius productionem: qui intellectus poſtꝗ intelligit hominē eſſe animal: non intelligit amplius ꝗ antea intelligebat: nec aliqualiter qualiter antea non intelligebat per aduentū illius noue notitie: ergo illa notitia non producitur ab intellectu Antecedens manifeſtum eſt: ⁊ conſequentia probatur per hoc ꝙ intellectus nunqꝫ cōcurrit ad productionem alicuius notitie: niſi mediante ea aliquid vel aliqualiter intelligat: quod vel qualiter antea non intelligebat: ſed intellectus quecunqꝫ que antea intelligebat: ⁊ qualitercūqꝫ nunc intelligit: ergo intellectus non cōcurrit ad productionem illius noue notitie.

¶ Forte reſponderet ꝙ intellectus aliqualiter intelligit hominē eſſe animal aliqualiter antea non intelligebat: quia incomplexe: ⁊ ideo non inconueniens eſt ꝙ intellectus non perfectius rem intelligat ꝗ antea nec aliquo alio modo ꝗ antea concurrat aliquando ad productionem notitie diuerſe idem ⁊ eodē modo ſignificantis: ſed hoc eſt falſum: quia tūc ſequitur ꝙ habita vna notitia incomplexa ⁊ abſoluta rei intellectus cum eadē aduertentia deberet producere complexam connotatiuam: ⁊ ſynonimam notitiam illi: quia ꝗuis intellectus cognoſcat illam rem: tamen non currit ad hoc per nouam notitiam: vt cognoſcat: ⁊ iterum habita illa notitia deberet concurrere ad habendum vnā aliam nouā notitiam.

¶ Preterea quero poſt huius ꝓpoſitionis mentalis cōpoſite homo eſt animal productionem qualiter intellectus ſe hꝫ ad productionem illius qualitatis ſimplicis: vel aduertit amplius: vl' producit illam ex imperio voluntatis: vel ſtatim habita propoſitione mentali compoſita producitur naturaliter illa qualitas incomplexa quicquid dicatur incōueniēs quantumcunqꝫ vel ſemidoctus inferre valebit.

¶ Quare credo intellectum ſolum per propoſitionem compoſitam apprehēdere propoſitionaliter: ⁊ ad argumentum reſpondeo negando illam maiorem: ſed verum eſt nulli nature negādā eſſe perfectionem: niſi ratione ſecundum materiam ſubiectam manifeſta conſtet oppoſitum: ideſt niſi ſint rationes magnā fidem facientes. Modo dico ꝙ ſunt magne rationes ⁊ fortes: ſiue ſecundū materiam ſubiectam ſatis clare ad probandum intellectum non apprehēdere propoſitionaliter per ſimplicem qualitatē ⁊ ſunt alique rationes: que cōtra opinionem Gregorij ſuperius facte ſunt.

¶ Ad confirmationem facile eſſet reſpōdere ſecundum opinionem Holcot tenētis volitionem ⁊ nolitionem eſſe orationes optatiui modi: ſed quia relicta eſt hec via: reſpondeo non eſſe ſimile de voluntate: ⁊ de intellectu quoniam voluntas non apprehendit: ſed poſtꝗ intellectus apprehendit ipſa: quemadmodum ac ſi

iudicaret vult: volo dicere volitiones et nolitiones in voluntate ſe habent ſicut aſſenſus ⁊ diſſenſus in intellectu: ita voluntas qualitate ſimplici vult: vl' vult ſicut intellectus iudicat.

¶ Poteſt etiam aliter ſolui argumentū per hoc ꝙ arguitur a ſimili ⁊ argumentum (vt aiunt) a ſimili claudicat vno pede: ideſt non valet argumentū a ſimili: niſi ſit inter omnino ſimilia: qualia non ſunt intellectus ⁊ voluntas.

¶ Ad ſub cōfirmationem reſpondeo cōcedendo quod infertur in prima conſequentia: ⁊ quando vltra arguitur nego minorem. maior enim ratio eſt de diſſenſu ꝗ de propoſitione apprehēſiua: vt ex rationibus quiuis dignoſcit: ſunt tamē nonnulli qui aliter reſpondent negādo minorem prime conſeqnētie videlicet ꝙ aſſenſus ſit ꝓpoſitio: ſed ſto in prius dictis: quia nō video cur nō ſit propoſitio.

¶ Circa igitur opinionem hanc ponētem ſincathegoreuma in aīa nihil ſignificare: ſꝫ aliqualiter multe poſſunt difficultates adduci: vt tamen omnia diſtinctius videantur: eo ordine quo eas tractabimus: monebo per dubia omnia que inter arguendū diſcutiemus vt facilius ⁊ īueniant. ⁊ memorie cōmēdent.

¶ Difficultas prima ergo erit vtrū actꝰ ſincathegorematici dicant immutare intellectum ⁊ eſſe notitie ⁊ vtrum habeant obiecta: ibiqꝫ fortiores ratiōes: quas Hieronymus pardo contra hāc opinionem adducit: ſoluam. Secundum dubiū erit quid ſit ſignificare aliqualiter. 1 2

¶ Circa quod tertiū erit qualiter ſignificent ſigna particularia. 3

¶ Atqꝫ circa idē quarta difficultas erit de pronominibus demonſtratiuis qualiter ſignificēt: ⁊ an ſignificēt aliquid. 4

¶ Quintum erit qualiter copule ſignificent tempus: ⁊ an copule de preſenti et preterito ſint ſynonime. 5

¶ Sexta difficultas erit pricipalis huiꝰ materie de fundamētis huiꝰ opinionis (a quibꝰ relique difficultates depēdēt) videlicet in quos terminos propoſitionis: in qua ponitur ſincathe. agat: et in quos nō: ⁊ vtrum ab eis producatur: ab eiſqꝫ in cōſeruari dependeat. 6

¶ Circa quod cognoſcetur ſeptimo que 7 pars propoſitionis ſit propoſitio.

¶ Et circa idē octano diſputabitur vtrū verba adiectiua ſint complexa vel incōplexa. 8

¶ Et nono que ſigna ſint partes extremorum ⁊ que non. 9

¶ Et decimo vtrum ad remiſſionem notitie cathegoreumatice ſequatur remiſſio ſincathegoreumatice. ⁊ quid eſt notitiam cathegoreumaticam cōcurrere effectiue ad ſincathe. productionem. 10

¶ Et vndecimo vtrū libere an naturaliter ſincathegoreumatici actꝰ producāt. 11

¶ Et duodecimo vtrum potentia ſenſitiua ſincathegoreumata producat. 12

¶ Et tredecimo vtrum ly futurus: ⁊ alij conſimiles termini ſincathegoreumata ſint: ⁊ a notitijs cathegoreumaticis producantur. 13

¶ Quartodecimo cur potius huius mētalis homo eſt animal: notitia hominū ſit ſubiectum ꝗ notitia animalium. ſeu quod idem eſt: cur potius in hac mentali omnis albedo eſt qualitas (cū ly oīs tam immediatū ſit ſubiecto ſicut predicato) diſtribuatur ſubiectum ꝗ ṗdicatū 14

¶ Et quintodecimo quid requiratur et ſufficiat ad hoc ꝙ ſincathegoreumata ſint eiuſdem ſpeciei circa quod difficultatem cōmunem inquirā: vtrum iſte oīs homo eſt homo ē hō: ⁊ omnis hō ioīs hō eſt eidem mentali ſubordinentur. 15

¶ Sextodecimo inquiretur vtrum ſincathegoreumata a ſua ſignificatione cadere poſſint: ⁊ vtrum extra propoſitionē reperiri poſſint. 16

¶ Et decimoſeptimo vtrū ſincathegoreumata in mente vniuoce vel equiuoce ſignificent: ⁊ vtrū equiuocatio in mēte vltimata inueniatur. 17

¶ Et decimooctano vtrū due negationes in mente ſicut in voce ſe impedientes inueniantur. 18

¶ Et decimonono de ſignificatione copule de imaginario ⁊ ampliatiōe: appellationeqꝫ verborū ſecunde intentionis. 19

¶ Et viceſimo de copulatis diuiſiue ſūptis ⁊ cōditionatis: copulaqꝫ diſiūcta et copulata ⁊ ablatiuis abſolutis vtrū ne in mente reperiantur. 20

¶ Et primo ⁊ viceſimo de accidentibus grammaticalibus vtrū ne in mente ſint ⁊ de obliquis vtrum ne inueniantur in 21

mente: ⁊ an ſint cathegoreumata: vel ſincathegoreumata.

¶ Et ſecūdo ⁊ viceſimo vtrum numerus pluralis inueniat̃: et termini pluralis numeri includāt ly ⁊: hoc ē an ſint cōplexi.

¶ Et tertio ⁊ viceſimo de ſignificatione totali propoſitionis: ⁊ ſubiectum huius homo eſt animal: eſt propoſitio an ſit cōplexum vel incomplexum.

¶ Et quarto ⁊ viceſimo de ſignificatiōe relatiuoꝝ vtrū ne ſincathegoreumata ſint: aliqualiter ve ſignificāt: circa qḋ de hac particula: ⁊ ſic de ſingulis: ſiue ⁊ ſic de alijs dicetur.

¶ Et quinto ⁊ viceſimo de ſignificatiōe ſignoꝝ exponibiliū: ⁊ vtrū ꝓpōnes exponibiles ſint cathegorice: ⁊ ypothetice.

¶ Et ſexto ⁊ viceſimo vtrū ſigna incomplete diſtribuentia inueniantur in mente: ſicut ly omne pro generibus ſingulorum: qualiſlibet: ⁊ alia id generis.

¶ Septimo ⁊ viceſimo de conceptibus non vltimatis ſincathegoreumatum: et quomodo voces: ⁊ quodqꝫ per voces ſignificatum eſt: repreſentent: ⁊ an ſubiectum huius homo eſt animal: eſt ꝓpoſitio: ſit complexum.

¶ Octauo ⁊ viceſimo. vtrum aliquis terminus in mente vltimata materialiter ſupponere poteſt. ⁊ cui hec particula ly ſubordinatur.

¶ Et vltimo inquiretur quomodo recordemur ſignificatiōis ſincathegoreumatum. ⁊ an ſincathegoreumata vocalia ꝓducāt habitꝰ aut ſpecies. circa iſta multa alia implicabuntur inter diſputādū.

¶ Ad primum igitur deueniēdo contra iſtam opinionem ponentē ſincathegoreumata puta aliqualiter ſignificare. Arguit Pardo ſi ly oīs eſſet in anima purū ſincathegoreuma ſequeretur ipſum vitaliter immutare potentiā cognitiuam: ſed hoc eſt falſum: ergo ly oīs non inuenitur in anima. Sequela videtur nota poſtꝗ̄ in anima ponitur. ⁊ probatur minor per illud ſignum omnis: nihil cognoſcit anima. ergo illud ſignum omnis non immutat potentiam cognitiuam: conſequentia patet: quoniam vitaliter immutare potentiam cognitiuam non eſt aliud ꝗ̄ poſſe eſſe cognitionem mediante ꝗ̄ potētia cognitiua aliquid cognoſcit.

¶ Ad hoc argumentum reſpondeo queſtionem eſſe de nomine. Si enim per vitaliter immutare intelligas quod in argumēto dictum eſt: oportet ꝙ ly omnis immutet potentiam cognitiuam. Si ṽo per ly vitaliter immutare intelligas cognitionem eſſe qua intellectus aliquid vel aliqualiter cognoſcit.

¶ Dico ꝙ ille actus immutat potentiā cognitiuam. Similis concluſio eſt: que tamen in nomine conſiſtit: vtrum actus ſincathe. ſint vocandi notitie: vel vtrum habeant obiecta. Si enim ad hoc ꝙ aliquis terminus mentalis ſit notitia: requiratur eſſe qualitatem aliquid vel aliqua intellectui dantem intelligere: tunc nullus terminꝰ ſincathegoreu. dicitur notitia. Si ṽo ad hoc ꝙ dicatur notitia ſufficit eſſe terminum aliqualiter repreſentantem: tūc actus ſincathegoreumatici dicuntur eſſe notitie: ac ſimili modo dices de obiecto. Si enim obiectum vocetur res: que ſignificatur per notitiam eodē modo actus ſincathegoreumatici non habent obiecta. Si autem vocaueris obiectum rem concurrentem ad productionem notitie: eodem modo actuū termini cathegoreumatici: quos actus determinant: dicentur obiecta: ꝗ̄uis mō nulli vocauerunt rem ſignificatam per notitiam quam determinat obiectum: non quia per ſincathegoreuma ſignificetur: ſed quia ſincathegoreuma immutat intellectum ad intelligendum aliter res ſignificatas: ꝗ̄ prius: ſꝫ hec queſtio eſt de nomine: vocabimus tamen deinceps terminos obiecta actus: vt cum cōmunioribus conueniamus.

¶ Contra hanc ſolutionē arguitur. Sequeretur ꝙ experiremur illum actū oīs eſſe in aīa: ſed hoc eſt manifeſte falſum: ergo illud ex quo ſequitur. Sequela patꝫ quia vitaliter immutat potentiam cognitiuam. Falſitas conſequentis probatur: q2 ſi experimeremur non eſſent opiniones circa hoc: ꝙ illud ſignum omnis eſſet in anima.

¶ Reſpondeo ad hoc: conceſſa ſequela: negādo falſitatē cōſequētis: ⁊ ad probationem dico quod ex eo ſunt opiniones: q2 eſto quod experiremur: non eſt nobis manifeſtum nos experiri. Aliter poſſet dici

nos experiri illū actū eſſe: q2 quādoqꝫ cognoſcimus hominē eſſe aīal. ⁊ deinde oēm hoiem eſſe aīal: quare inferimus aliquid aliud aduenisse potentie cognitiue: qḋ antea nō erat. quare ſic experimur actum eſſe ſed nō experimur illum ſolum ſignificare aliqualiter aut eſſe diſiunctum a notitijs/ aut diſtinctū ab aīa.

¶ Contra hanc ſolutionē arguit̃. Ly oīs ſignificat aliquid: ergo ſolutio nulla. Antecedens probat̃: ly omnis denotat rem ſignificatam termini cui additur vniuerſaliter accipi pro ſuis ſignificatis copulatiue: ſed denotare eſt ſignificare: ergo ly omnis ſignificat terminū: cui additur. et per conſequens aliquid ſignificat.

¶ Confirmat̃. Sequeret̃ ꝙ ly oīs nunꝗ̄ poſſit aduenire potentie cognitiue: quin intellectus reflecteret ſe ſupra talē terminum quē determinat: ſed hoc eſt falſum ⁊ cōtra experientiā: ergo ⁊ opinio. ſequela probatur. ly omnis per opinantem denotat terminū cui addit̃ accipi ab intellectu pro ſuis ſignificatis copulatiue: ergo intellectus accipit terminū cui addit̃: et vltra: accipit terminū cui addit̃: ergo cognoſcit. ſeu cōſiderat terminū. cui addit̃: ⁊ per ꝯſequens intellectus conſyderat. ⁊ reflectit ſe ſuper terminum cui tale ſincathegoreuma additur.

¶ Ad iſta duo argumēta facillimū eſt reſpondere: ⁊ ſi Hieronymus pardo dicat illud concludere. Unde dico ꝙ denotare terminū accipi pro ſuis ſignificatis copulatiue. non eſt illud ſignū ſignificare talem terminū: nec eſt intellectum cognoſcere talem terminū: ſed illud ſignū oīs denotare terminū. cui addit̃ accipi pro ſuis ſignificatis copulatiue. eſt intelligere res ſignificatas per terminos. quibus additur qualiter ſine tali ſigno intellectus nō intelligeret: vt capta hac propoſitione mula eſt ſterilis: intellectus intelligit mulam eſſe ſterilem: ſed adueniēte illo ſigno omnis iam intellectus intelligit res ſignificatas per illos terminos aliter ꝗ̄ antea.

¶ Contra hoc arguitur. Sequeret̃ ꝙ ly omnis in voce. ⁊ ly omnis in mente non eſſent ſynonimi. conſequens eſt falſum. ergo ⁊ antecedens. Falſitas conſequentis manifeſta eſt: q2 terminus vocalis et mentalis. cui talis vocalis ſubordinatur ſunt ſynonimi: ſed probatur ſequela. ly omnis in voce denotat iſtam vocem homo accipi pro ſuis ſignificatis copulatiue: et iſtud ſignū omnis in mente denotat iſtum conceptū homo accipi pro ſuis ſignificatis copulatiue. et per conſequēs ſequitur ꝙ nō idem adequate ſignificāt: ⁊ inde ſequitur ꝙ non ſunt ſynonimi.

¶ Ad hanc replicā reſpondeo negando ſequelā ⁊ ad probationē nego antecedēs in ſenſu in quo de rigore capitur: ſed dico ꝙ ſignificatio de ly oīs in voce. et in mente eſt eadem. Unde ſignificatio de ly omnis nō eſt alia niſi immutare ſeu mouere intellectum ad hoc ꝙ cognoſcat aliqualiter: videlicet copulatiue res ſignificatas per terminos cathegoreumaticos qualiter per ipſos terminos cathegoreumaticos intellectus non cognoſcit.

¶ Et ex hoc patet quid requiritur: ⁊ ſufficiat ad hoc ꝙ aliqua ſincathe. ſint ſynonima requiritur nāqꝫ et ſufficit ꝙ eadē vel conſimilia officia preciſe adequate ſint nata exercere ſupra eoſdē terminos ꝗ̄uis non exerceant. Primū additur propter dictionē excluſiuā que ꝗ̄uis eadē officia que ſigna vniuerſalis exercere apta nata ſit nō tamen ſupra eoſdē terminos: et ſcḋm videlicet qḋ additur: ꝗ̄uis non exerceat patet. nam iſtarū duarū propoſitionū omnis homo ⁊c. omnis aſinus ⁊c. ſigna vniuerſalia eadem officia exercent non tamen ſupra conſimiles terminos: ac reſolutorie ad hoc ꝙ ſint ſynonima cathe. oportet ꝙ pars diffinitionis terminorum ſynonimorū illis competat: videlicet ꝙ ſignificent aliqualiter oīno et eodēmodo preciſe ⁊ adequate.

¶ Contra hoc arguitur. Bene ſequitur ly oīs ſignificat: ergo ſignificatū ſignificat. Ad hoc rn̄deo negando ꝯſequentiā.

¶ Sed contra hoc arguitur. Bene ſequitur ly omnis ſignificat qualiter: ergo aliqualiter ſignificatur per ly omnis patet ꝯſequentia ab actiua ad paſſiuā: ſed falſitas ꝯn̄tis patꝫ: q2 ſubiectū nō ſupponit.

¶ Ad hoc reſpondeo negando conſequētiam: argumentū eñ ab actiua ad paſſiuam non valet: quando terminus ſupra quem cadit virtus verbi actiui non pōt eſſe totale extremū: vt non ſequitur. Obiectum facit intellectum aduertere: ergo intellectum aduertere fit ab obiecto.

¶Contra hanc ſolutionē arguitur. Hec eſt falſa ly oīs ſignificat aliqualiter: ergo maledicis probatᷣ añs: illa eſt vna propoſitio pure affirmatiua: cuius predicatū non ſupponit: ergo illa eſt falſa: ꝓbatur antecedens: quia ly ſignificans aliqualiter non ſupponit: quia determinatio hec aliqualiter non ſupponit.

¶Ad hanc replicā rn̄deo negando añs ⁊ ad probationē nego iterū añs. Unde ꝗ̄uis determinatio non ſupponat: totū bene pōt ſupponere: qn̄ determiatio eſt ſincathe. ſed non oportet ꝙ ſi ipſa non ſupponit: totum extremū non ſupponat: vt patet in hac ſortes eſt oīs homo in qua hoc totū oīs homo poteſt ſupponere: et ly omnis non poteſt ſupponere.

¶Circa dubium ſcḋm motū iam fuit ꝯtrouerſia inter multos. Aliqui nāq; dicerent ſignificare aliqualiter omnē eū terminū: qui non poteſt eſſe extremū in ꝓpoſitione: ſed hi non explicant quis ſit modus ſignificandi aliqualiter. Alij dicunt ꝙ ſignificare aliqualiter: eſt exercere officiū ſupra aliquē terminū in ꝓpoſitione vtputa ꝯfundēdo: diſtribuādo: ampliādo: reſtringēdo ⁊c. q̄ diffinitio de modo ſignificandi aliqualiter ſimplici: et nō complexo intelligenda eſt. Et hoc modo non procedit ratio cuiuſdā impugnātis diffinitionē illā de ꝓpōne que ſignificat aliqualiter: ꝓpter qḋ dat hanc diffinitionem. Significare aliqualiter eſt ſignificare rem taliter ſe habere vel eſſe nō taliter ſe habere. Sed hec diffinitio minus valet ꝙ̄ impugnata ab eo: qꝛ modus hic ſignificandi qualis in diffinitione explicatur: ſolū ꝓpoſitioni cōpetit. preterea ſequitur ly oīs non ſignificare aliqualiter. nam non ſiḡt rem taliter ſe habere vel rē nō taliter ſe habere cū nō ſignificet rem.

¶Item videtur ꝙ quicūq; terminus cathegoreumaticus abſolutus ſignificaret aliqualr̄: nā quicunq; terminus cathegoreumaticus abſolut⁹ ſignificat rem: nec importat eā aliquo modo ſe habere quare nō ſignificat rem nō taliter ſe habere. nā termini abſoluti eā abſolute ſiḡant.

¶Si dicas ꝙ non arguo ad rē: qꝛ opꝫ ad hoc ꝙ aliquis terminus ſignificaret aliqualiter: ꝙ in ſignificatione ſua includatur modus ille ſignificandi rei aliqualr̄ ſe habētis: vel nō ſe habētis hoc nihil eſt nā manifeſtū eſt ex hoc ſequi ſolam ꝓpoſitionē eo modo rē aliqualr̄ ſe habere vel nō ſe habere importare. Itē ly currēs ſignificat aliqualr̄: nā ſiḡat rē aliqualr̄ ſe habere. Similiter ly ſedens ⁊ agens ⁊c. Aliter ergo diffinies hūc terminū ſiḡe: aliqualr̄ ꝑ diffinitionē illā ſupius datā.

¶Significare aliqualiter eſt exercere officium ſupra aliquē terminū: vel includere terminū tale officiū potēs exercere ſecundā hanc particulā pono ꝓpter ꝓpoſitionē de cuius ſignificatione dicetur dubio tertio et viceſimo. et ꝓpter terminos includētes hmōi ſincathegoreumata. vt ly oīs homo: homo vel aſinus: et ſimiles ly exercere in diffinitione oportet vt dicat aptitudinem: ſicut termini in diffinitionibus dicunt.

¶Contra quā diffinitionē eſt bona difficultas de ſignis ꝑticularib⁹. vñ arguitᷣ ſic. In hac ꝓpōne aliqḋ aīal currit ſeu aliquis dormit ly aliqḋ ſincathegoreuma eſt: quare ſignificat aliqualr̄ ⁊ tñ non exercet officiū ſupra aliquē terminum. Nam maxime eſſet reſtringēdo illum aut dando ei aliquā ſuppoſitionē. Sed ille terminus eodē modo et pro tot ſtaret: ſincathegoreumate illo ablato ſicut prius: ergo nec reſtringit nec nouam ei prebet ſuppoſitionem.

¶Si forte dicas. ꝗuis ly aliqḋ non faciat illū terminū aīal ſupponere determinate: tñ ſi aliūde nō ſupponeret determinate faceret ipm ſupponere determinate.

¶Hoc falſum eſt: nam cōis eſt modus dicendi ſigna particularia eodēmodo dimittere terminos quoad ſuppoſitionē: ſicut inuenit hoc eſt nullā nouā prebēt ſuppoſitionē: vt ptꝫ qꝛ in hac oīs homo eſt aīal: ly aīal confuſe ſupponit et quāq̄ addideris ei aliqḋ ſic dicendo oīs homo eſt aliquod aīal: ly aīal cōfuſe ſupponit ⁊ propoſitio hec oīs homo eſt vnus homo oīs homo eſt aliquis homo: concedit̄.

¶Dicet aliquis ad hec ly aliqḋ nō exercere officiū ſupra ly aīal ſed ſuper totā ꝓpoſitionē eam quantificādo: nam ablato ly aliqḋ inde finita eſſet ꝓpoſitio remanens: ⁊ rōne eius tota fit particularis.

¶Hoc modo euitat difficultatē. nā tunc ſummā hanc homo eſt aliquod animal

de qua nihil tale dicere poteris.

¶Apparenter credes dicere ly aliqḋ officium determinationis habere: ⁊ ideo exercet officiū qḋ determinare vocamus.

¶Contra hoc arguitᷣ primo nullus terminus dr̄ aliū determinare niſi eum reſtringat. Sed quicq̇d ſit de hoc arguitᷣ. Sequitᷣ quēcūq; terminū cathego. ſignificare aliqualr̄: ſed hoc eſt falſuꝫ ergo ⁊c. ſequela ꝓbatur. ly hō ſignificat aliqualr̄ ergo etiā quicūq; alius. cū non ſit maior ratio de vno ꝙ̄ de alio. añs probatᷣ in hac ꝓpoſitione aīal homo currit: ly homo reſtringit ly aīal: ⁊ determinat: ergo ſignificat aliqualiter. Preterea arguitᷣ termin⁹ ille dicitᷣ ſignificare aliqualr̄ rōne cuius intellectus aliqualiter rem ſignificatam per aliquā notitiā intelligit qualr̄ illo ſecluſo non intelligeret: ſed hoc non cōuenit huic termino aliquis ergo ꝓpoſitū.

¶Ad hoc argumentū ſtādo in diffinitione data difficile eſt dicere qꝛ non explicatur quis ſit modus ſignificandi ſignorū particulariū: et qualiter intellectus per eos intelligat: ꝗuis eñ aliter diffiniendo tota difficultas poſſet euitari ſuppoſita cōmuni diſtinctione terminoꝝ ꝙ ſincathegoreumatū quoddā eſt ſincathegoreuma officio: quoddā ſincathegoreuma ſignificatione ⁊ ſuppoſito ꝙ ly ſignificare aliqualiter poteſt capi dupliciter vno modo large ⁊ hoc modo diffinitum eſt: et ſcḋm illam diffinitionē probatū eſt ly hō ly exiſtēs aſinus ⁊ ſimiles ſignificare aliqualiter. Alio modo ſtricte et hoc modo ſic diffinitio.

¶Terminus ſignificans aliqualiter eſt terminus ſincathegoreumaticus officio potens exercere officiū ſupra aliquē terminum: vel denotare rem aliqualr̄ ſe habere ꝓportionaliter. hoc vltimū addo ꝓpter ꝓpoſitionē: ſi eā ſignificare aliqualr̄ concedamus: ⁊ ſcḋm hoc ſolutū eſt argumentū ſed nō plene. nam ꝗuis dicamus ly aliqḋ determinare: nō tñ explicamus qualiter intellectus intelligit per ipm.

¶Pro cuius explanatione notandū eſt ꝙ queēadmodū intellectus non pōt accipere terminū cathegoreumaticū aliquē in ꝓpoſitione copulatiue nec cōfuſe nec copulatim ſine aliquo ſincathegoreumate faciente intellectū taliter accipere. Simili modo non pōt intelligere diſiūctiue ſine ſincathegoreumate. Et hec eſt ſignificatio ſigni particularis in mēte. Unde particulariter ſiḡre nō eſt niſi facere intellectū rē ſiḡtam per notitiā ꝙ̄ termin⁹ talis particularizans determinat diſiunctiue intelligere: ſi neq; tali ſigno vel ſibi equiualēti intellectus nō diſiunctiue intelligere res ſignificatas ꝑ talē notitiā.

¶Et ſi dicas quomodo intellectus quando accipit terminū cōem ſine ſigno: intelligit rem ſignificatam per talem terminum velut in hac homo eſt aīal.

¶Ad hoc poteris dicere intellectū nunꝙ̄ ſumere terminū in propoſitione ſine ſigno ⁊ ꝙ hec equus eſt album: huic ſubordinatur aliquis equus eſt aliquod album: ſed qꝛ hoc eſt nimis durum.

¶Dico ſicut quidā ꝙ quādo intellectus accipit ſine ſigno notitiā aliquā non intelligit res ſignificatas per illum terminum copulatiue nec diſiunctiue nec diſiunctim nec copulatim ſed incōiunctim.

¶Atq; ex his facilis poteſt elici diffinitio huius termini ſignificare aliqualiter hoc modo terminus ſignificans aliqualiter eſt ſincathegoreuma officio ratione cuius intellectus res ſignificatas per notitiam quā talis terminus determinat aliquo modo intelligit quomō ſine ipſo non intelligeret: ⁊ in hoc cōſiſtit modus ſignificandi aliqualiter. Si propoſitionē lubet addere adijce particulam ad ipam includendū quidā dicit ſignificare particulariter eſſe denotare terminum accipi quodāmodo diſcrete pro aliquo determinato ſuo ſuppoſito. ſed quis ſit ille modus diſcretus non declarat. nam clarum eſt non eſſe ſingularizare particulariter ſignificate: nec ē ſincathegoreuma ſigni particulare qꝛ reddit vt ipe dicit ꝓpōnē particularē. nā hec ſortes eſt aliqḋ aīal non redditur ratione illius ſigni particularis: quare in ſolutione ⁊ diffinitione iam vltimo data huius termini ſignificare aliqualiter ſto.

¶Sed contra diffinitionē poſitā huius termini ſignificare aliqualiter arguitur tangendo difficultatem de pronominibus demonſtratiuis. Ex ea diffinitione ſequeretᷣ ꝓnomē demonſtratiuū pure ſincathego. eſſe ſiḡreq; aliqualiter: ſed hoc eſt falſum: ergo ⁊c. Sequela ma-

nifeſta eſt: ⁊ probaꝛ minoꝛ actus pure demonſtratiuus ſignificat rem demonſtratam: ergo ſignificat aliquid añs ꝓbaꝛ in hac ꝓpõne iſte currit demonſtrato ſoꝛte datur intelligi res demonſtrata et non niſi per ly iſte: ergo ly iſte ſignificat rem demonſtratam.

¶ Foꝛte dices ꝙ datur intelligi per terminum incluſum in ly iſte.

¶ Contra hoc arguiꝛ. In hac ꝓpoſitione iſte homo currit: per ly iſte demonſtrando lapidẽ: intelligitur res demonſtrata: ⁊ non per alium terminũ: ꝙ per ly iſte ergo per ly iſte. quare ly iſte rem demõſtratam ſignificat.

¶ Pro ſolutione hui⁹ in quo quartũ dubium inquiriꝛ: ſuppono demonſtratiue ſignificare nõ eſſe aliud. ꝙ intellectũ ratione actus demonſtratiui notitiã cõem pro vnico tm̃ ſuppoſito accipere ſeu mutare intellectũ ad ſingulariter concipiẽdum rem aliquã per notitiã cõmunẽ determinatã ipo vt intellectus in hac propoſitione homo eſt ſoꝛtes vniuerſaliter pro quocunq; homine accipit notitiã hominum: ſed adueniente pꝛonomine. iſte aſſumit ſolum notitiã illam pro demonſtrato: ita ꝙ pꝛedicatũ denotatur competere ſubiecto tantũ pro demonſtrato. et per hoc facile eſt intelligere actũ demonſtrantẽ ſoꝛtẽ non poſſe platonẽ demonſtrare: nec ſimul: nec ſucceſſiue. et hoc ex natura actus: quare ſpecie differũt act⁹ demonſtrãs ſoꝛtẽ. ⁊ demonſtrans platonem: vt poſtmodũ diciꝛ: cũ de diuerſitate ſpecifica ſincathegoꝛeumatũ ageꝛ. ꝙ aũt verũ ſit ꝙ actus demonſtrans ſoꝛtẽ. non poſſit poſtmodũ demonſtrare platonem (loquoꝛ de ſincathegoꝛeumatis mẽtalis vltimatis. nam vocalia equiuoca ſunt) patet: nam tũc ꝓpoſitio. que eſt impoſſibilis: fiet vera per tpis ſucceſſionem. aut intellectus. ſeu volũtatis placitũ. Id ptꝫ de hac mentali. iſte homo eſt ſoꝛtes: pronoie demonſtrãte platonẽ: que impoſſibilis eſt. ꝙ aũt illa poſſit eſſe vera patet: nam illud idẽ pronomẽ põt demonſtrare ſoꝛtẽ quo facto illa vera eſt.

¶ Et ex diffinitione demõſtratiue ſignificare patet pꝛonomẽ non poſſe eſſe ſine termino cathegoꝛeuma. ſignificante idẽ qꝺ pꝛonomen: denotat qꝺ etiam dubio ſexto de quocunq; ſincathegoꝛeumate. pꝛobatur non foꝛe poſſibile eſſe ſine notitijs quas determinat: atq; per hoc ptꝫ ꝙ non põt eſſe totale extremũ. nã ꝙuis dicamus iſtud currit in voce: ꝓpoſitio illa vocalis ſuboꝛdinaꝛ huic. iſtud aial currit. ſeu ens currit. ſcðm diuerſitatẽ terminoꝛum. quos intellectus cõcipit: queadmoduꝫ hec aliqꝺ currit ſuboꝛdinaꝛ huic aliquod ens currit. ſeu aliquod aial currit ⁊c. Et per hoc facile eſt dicere ad argumentũ ſicut dictum eſt vſq; ad replicam ad quã reſpondeo ꝙ in mentali vltimata non poteſt actus aliquis determinãs ſolam notitiã hoim demõſtrare equum aut lapidẽ: quare mentalis talis non reperitur: ſed bene põt dari pꝛonomẽ ſingularizans notitiã lapidũ pro lapide demõſtrato. At vo ſi vocalẽ hanc aſſumpſeris: iſte homo currit demõſtrando per ly iſte lapidẽ: tunc vides illã loco iſtius ſumi iſte lapis currit: hõ currit. ⁊ ſic duab⁹ mentalibus ſuboꝛdinabiꝛ. aut ſi indicaueris eum nonnullis hoc aggregatũ homo aſinus eſſe terminũ dicito illã huic ſuboꝛdinari iſte lapis homo currit.

¶ Sed contra dicta arguiꝛ. Sequitur ex hac opinione idẽ eſſe cauſam ſue cauſe: qꝺ eſt impoſſibile. Sequela pꝛobaꝛ. ſuppoſito fundamento huius opinionis: ꝙ omnis terminus ſincathegoꝛeumaticus mentalis dependet in eſſe: ⁊ ꝯſeruari ab illo quem determinat: ⁊ ꝙ actus demonſtratiu⁹ eſt pars extremi: quo habita capio hãc mentalẽ. Hec eſt falſa que demõſtrat ſe. tunc arguitur. Pronomẽ demonſtratiuum illud eſt cauſa partialis illius pꝛopoſitionis. Nam eſt pars illius ꝓpoſitionis. ⁊ pꝛopoſitio illa eſt cauſa illius ꝓnois: ergo pꝛopoſitũ. Maioꝛ eſt manifeſta. ⁊ ꝓbaꝛ minoꝛ. Illud ꝓnomẽ demõſtrat totã ꝓpoſitionẽ: ergo ꝓduciꝛ a tota ꝓpoſitione. quare habetur pꝛopoſitũ.

¶ Foꝛte ad hoc dices ꝙ ꝓnomẽ illud demonſtratiuũ non pꝛoducitur a tota propoſitione. Sed bene a toto illo quod determinat. puta quod ſequitur: videlicet pꝛopoſitio eſt falſa.

¶ Contra hoc arguitur. adhuc ſequitur idem eſſe cauſam ſue cauſe. hoc pꝛobaꝛ. nam ꝓnomen illud cauſa eſt copule: cuꝫ ex ſuppoſito ſit pars extremi: et copula ab extremis pꝛoducitur: et copula cauſa eſt ꝓnominis. nam ex reſponſione a toto

hoc pꝛopoſito eſt falſa pꝛoducitur: ⁊ ideo partialiter a copula. Ex quo habetur qꝺ ideꝫ eſt prius natura pꝛioꝛe ſeipſo ⁊c. nã copula cauſa eſt partialis illius ꝓnominis: ergo pꝛius natura eſt illo actu demõſtratiuo: ⁊ actus demonſtratiuus eſt cauſa partialis copule. ergo copula poſterioꝛi eſt natura illo actu demonſtratiuo ⁊c. Pꝛeterea ſequitur non eſſe differentiam inter pꝛonomina demonſtratiua: quoꝛuꝫ alterum demonſtrat pꝛopoſitionẽ: cuius eſt pars. Alterum vero reſiduũ a ſe: nam qꝺcunq; eoꝛũ ab eadeꝫ ꝓpõne ꝓducitur.

¶ Ad hoc argumentũ facillimũ eſt reſpõdere intellectis fundamentis: que dubio ſexto ponẽtur. Unde fundamentũ ibi ponitur: ꝙ oĩs actus ſincathegoꝛeumatic⁹ mentalis pꝛoducitur a notitijs: quas determinat. Et ex hoc reſpondeo ad foꝛmã argumenti negãdo minoꝛẽ: ⁊ ad ꝓbationem nego hanc conſequentiã. Ille actus demonſtrat totam pꝛopoſitionẽ. ergo ꝓducitur a tota pꝛopoſitione. Non enĩ ſequitur in hac ꝓpoſitiõe. hic homo eſt bonus: actus demõſtrat patrem meũ: ergo hic actus ꝓducitur a patre meo. Sed ille actus ſolum pꝛoducitur ab illo termino homo: quem determinat. Eodem modo ꝓnomen huius hec eſt falſa: pꝛoducitur a notitia ibi intellecta: puta a ly pꝛopoſitio. Unde illum actum hec demonſtrare totam illam pꝛopoſitionẽ: cuius eſt pars non eſt niſi intellectum accipere notitiã pꝛopoſitionũ (quam in hac: pꝛopoſitio eſt falſa: ſumebat pꝛo quacũq; pꝛopoſitione indifferenter) ſolum pꝛo ꝓpõne cuius ly hec eſt pars: ꝙ ſi intellectus immutareꝛ ad concipiendũ ſingulariter per illuꝫ terminũ ꝓpoſitio: vnam aliam ꝓpoſitioneꝫ vt puta hanc pꝛopoſitio eſt falſa: opoꝛteret ꝙ hoc eſſet per alium actum: nam dictum eſt: ⁊ pꝛobatum pꝛonomina diuerſa demonſtrantia differre.

¶ Et per hec facile erit ſoluere argumenta: quibus quidaꝫ mouebatur ad tenendũ nullũ actum demonſtratiuũ inueniri in mente. Sed hanc vocalẽ hic homo currit: ſoꝛtem demonſtrãdo: ſuboꝛdinari iſti homo ſoꝛtes currit. Ex quo ſequitur ſubiectuꝫ huius pꝛopoſitionis nullo ſincathegoꝛeumate poſſe ſingularizari.

¶ Contra opinionem cõmunem arguebat: igitur ſic. Sequeretur nullaꝫ notitiã ſemel ſingularizari: quin infinities ſingularizetur: qꝺ ſic pꝛobatur: ſuppoſito vno ꝙ queãdmodum notitia hominũ confuſe ſignificat homines: ſic vt magis ſoꝛteꝫ ꝙ platonem. Eodem modo intellectus ꝑ hanc pꝛopoſitionem: homo eſt currens: non intelligit curſum potius ſoꝛti ꝙ platoni conuenire: ſed homineꝫ non ſic limitando ad ſoꝛtem magis: quam ad platonem. hoc itaq; ſuppoſito ſic arguitur. Si aliquod eſſet pꝛonomen demonſtratiuũ quod in mẽte inueniretur: illud deberet pꝛoduci a notitia: quam determinat intellectu concurrente. Sed imago illa omnium hominũ non magis ex natura ſua ſoꝛtem ꝙ platonem repꝛeſentat. Non videtur ergo quare magis illa notitia hominuꝫ pꝛo vno homine: ꝙ pꝛo alio ſingularizetur: ⁊ ita non poſſet vnum demonſtrare: quin infinita demonſtraret.

¶ Secundo arguitur per hanc mentaleꝫ iſte homo currit: pꝛonomine illo ſoꝛtem monſtrante clarius intelligit intellectus ſoꝛtem: ꝙ per hanc indefinitaꝫ homo currit. Sed illa claritas non conſurgit a notitia hominũ: quia non contingit ipſam clarius repꝛeſentare ſua ſignificata vno tempoꝛe ꝙ in alio: nec pꝛouenit ab actu illo demonſtratiuo: nam ſi ab ipſo pꝛoueniret: ipſuꝫ aliqꝺ ſignificaret: puta ſoꝛtẽ.

¶ Hec argumenta nil pꝛobant: nam primuꝫ idem querit quod dubio vndecimo quare habita notitia hominuꝫ ⁊ notitia animalium magis pꝛoducitur ab intellectu copula de pꝛeſenti: ꝙ de pꝛeterito: et etiam quare plus hic ignis pꝛoducit hũc caloꝛem: ꝙ illum: cum tamen ſit indifferens ad hũc vel illuꝫ pꝛoducendum: atq; ad hoc dicetur dubio allegato: quod poteſt ꝓuenire: ꝙ intellectus pꝛoducat actũ demonſtratiuum demonſtrantem ſoꝛteꝫ et non platonem: quandoq; ab extrinſeco: quandoq; ab imperio voluntatis: ſeu libertate intellectus (modo talẽ in ſe applicãdo intellectui perfectionẽ tribuas) quãdoq; ab aſpectu celi: ſeu pꝛima cauſa vt longius dicetur dubio allegato.

¶ Ad ſecundum diſtinguo ꝙ intellectus clarius intelligat per illaꝫ ꝓpõnem. Iſte homo currit ſoꝛtem ꝙ per hanc hõ currit quia vel clarius. i. per notitiã clarioꝛeꝫ et magis diſtinctam ſoꝛtis: ⁊ hoc nego: vel

clarius.i.quia intellectus:qui per hanc propoſitionem homo currit:intelligebat curſum competere homini non determinando ſe magis vni q̃ alteri:iam intelligat predicatum competere ſubiecto pro vno determinato ſuppoſito:⁊ nō pro alio ſic ꝙ intelligit curſum cōpetere huic huiuſmodi puta ſorti:et non alteri:⁊ ad hūc ſenſuȝ concedo ꝙ clarius intellectus per illam propoſitionem ſingularem: q̃ per illam indefinitam ſortem intelligit.

¶Nec ex hoc ſequitur ꝓnomen aliud ſignificare ſed ſolum immutare intellectū ad aliter concipiendum per notitiam hominuȝ:q̃ prius:⁊ ex hoc patet que ſit maior claritas in ꝓpoſitione de ſubiecto ſingularizato q̃ in indefinita.⁊ ſic patet de modo ſignificandi ſignoꝝ particulariū et actuum demonſtratiuorum.

¶Pro diſſolutione quinte difficultatis.

Cōtra dicta arguitur ſic. Aliqḋ ſincathegoreuma ſignificat aliquid:⁊ nō eſt maior ratio de vno:q̃ de alio:ergo qḋlibet antecedēs probatur. hec copula eſt quando eſt de tertio adiacente:ſignificat quicquid importatur per extrema: ergo ⁊c. probatur antecedens:capta hac propoſitione hō eſt aſinus:illa copula eſt: ſignificat compoſitiue vel vnitiue homines reſpectu aſinorum:ſed impoſſibile eſt intellectum intelligere homines reſpectuȝ aſinorum:quinetiam intelligat homines: ⁊ aſinos:ergo illa copula eſt:ſignificat homines ⁊ aſinos.

¶Ad hanc replicam reſpondeo ꝙ intellectus aduenientē hac copula eſt: intelligit vnitiue hoīes in ordine ad aſinos:qualiter antea non intelligebat:ſed hoc nō eſt per copulam:ſed intelligit ſoluȝ homīes et aſinos per notitias quas habet hoīm: et aſinorum.⁊ intelligit vnitiue per copulam ⁊ hoc eſt quod Ariſto.voluit: quādo dixit:ly eſt:ſi purum dixeris nihil ſignificat:ſed ſignificat quandā compoſitioneȝ quam ſine extremis non eſt intelligere.i. ly eſt ſolitarie poſituȝ nihil ſignificat:ſed ſignificat quandam compoſitionem.i.cōpoſitiuo in ordine ad aliqua q̄ ſine extremis nō poteſt intelligi.Ex quo patet hāc ꝓpōnem ly eſt ſignificat compoſitionem ſeu vnionem eſſe de rigore falſam:niſi capiatur loco hui⁹ ly eſt:ſignificat vnitiue: ſeu compoſitiue.

¶Sed contra hoc arguitur. Ly eſt in ꝓpoſitione aſſumpta ſignificat tempus:ergo ſignificat aliquid:antecedens probat per Ariſtotelem dicentem verbum eſt:qḋ conſignificat tempus ⁊c.

¶Ad hanc replicam reſpondent oēs cōmunes. Ly eſt:non ſignificat tempus.et dicūt ꝙ conſignificare tp̄s nihil aliud eſt q̃ ſignificare vnitiue ad aliquam differētiam temporis:id eſt denotare predicatū competere ſubiecto ꝑ aliqua differentia temporis:nec hinc ſequitur:verbuȝ ſignificare tempus.

¶Contra hoc arguitur. Ly eſt ſignificat tempus ergo ⁊c.probatur. Bene ſequit: ly eſt ſignificat vnitiue in ordine ad aliquam differentiam temporis in hac ꝓpoſitione homo eſt aſinus:ergo intellectus intelligit aliquam differētiam temporis ſed non intelligit aliquam differentiam temporis per ly homo:nec per notitiam aſinorum:ergo intelligit per illum actuȝ eſt:quare ſequitur ꝙ ly eſt ſignificat tempus. Propter hoc nōnulli dixerunt hanc propoſitionē homo eſt aſinus ſubordinari huic in tempore preſenti homo eſt aſinus.Sed hoc a multis eſt impugnatum Tum quia illa copula eſt,nō conſignificaret in propoſitione illa mentali homo in tempore preſenti eſt aſinus tēpus aliquo modo:quod tamen oportet ex diffinitiōe verbi:tum etiam quia ſignificatio de ly eſt nō differret a ſignificatione illius coniunctionis ⁊c.

¶Quare reſpōdeo abſolute ly eſt ſignificare tempus propter rationē factam:nec propterea ſequitur ly eſt eſſe purū cathe. quia etiam aliqualiter ſignificat veȝ vnitiue.Vn̄ ſignificatio totalis de ly eſt non eſt niſi ſignificare vnitiue ī ordine ad ſubiectū ⁊ predicatum ⁊ vltra ſuum aliqualiter ſine vnitiue ſignificare īportare tp̄s.

¶Etſi arguas ꝯtra hoc ſequitur ꝙ eſt cōnotatiuus.poſtq̃ vltra ſuam principaleȝ ſignificationem importat ſeu dat intelligere aliquid.

¶Ad hoc nego conſequentiam: quia ad aliquid eſſe terminum connotatiuum requiritur vltra p̄cipale ſignificatū.i.materiale aliq̇d aliud vel aliqualiter det intelligere modo ly eſt nō habet principale ſignificatū:ſed q̄ſtio eſt de noīe vtrū ly eſt ſit cōnotatiuū nec ne:ſed poſtq̃ nō eſt terminus cathe.dicendum eſt ꝙ nec eſt connotatiuus nec abſolutus.

¶Sed cōtra hoc arguitur: ſi hec copula eſt importaret tempus vel inſtans vel ſolum hoc preſens ſignificat:vel quodlibet ſi primū ſequitur quod nulla ꝓpō eſt neceſſaria:nam ſi aliqua eſſet maxime eſſet hec deus eſt.Sed hec nō poteſt eſſe vera niſi per inſtans hoc preſens quod illa copula eſt importat cū poſt hoc inſtans ſeu tp̄s illa erit falſa:q: ſenſus eius erit deus in hoc inſtāti eſt aīa:ergo propoſitum.

¶Si forte dixeris ꝙ natura illius copule eſt:eſt talis ꝙ vnit pro quolibet inſtāti in quo ipſa eſt:ita ꝙ qn̄ ipſa eſt in inſtāti ſignificat a:inſtās ⁊ qn̄ ī b.ſignificat ēt b.

¶Cōtra hoc arguo:ſequitur ꝙ illa copula capitur equiuoce cū per ſolaȝ mutationem tēporis acquirat ſignificationē preterea ſequitur ꝙ copula q̄ ante hoc fuit ⁊ copula que erit quāuis vtraq̃ ſit de preſenti nō erunt ſynonime:quia vna ſolum inſtantia preterita importat poſtq̃ in illis fuit ⁊ alter inſtantia ſolum futura: q: non fuit in preteritis.

¶Si dicas nunc ſcḋm veȝ ꝙ copula de preſenti qḋlibet temporis importat.

¶Contra hoc arguitur:ſequitur etiaȝ ꝙ copula de p̄tō oē tp̄s importat:⁊ ſit copula de preterito ⁊ p̄n̄ti erunt ſynonime.

¶Preterea ſequitur ꝙ hec cōcederetur: adam eſt cum ly eſt tempus preteritū,importat ⁊ non propter aliud cōceditur hec adamus fuit.

¶Ad hanc replicam reſpōdeo ꝙ hec copula eſt in mente ſi vniat pro inſtanti nō poteſt vnire pro tempore:⁊ tunc quando queris vtrū ne importet hoc inſtans preſens vel quodlibet.

¶Reſpōdeo ꝙ quodlibet ⁊ pro improbationis declaratione notandum eſt ꝙ copula de preſenti vnit ſolum pro inſtanti in quo ipa eſt vnione actuali.Sed ꝓ quolibet vnit vnione potētiali ſicut ly homo ſupponit tantam pro homine actu exiſtētem in hac hō eſt aīal.Sed ſuppoſitione potentiali pro quolibet homine qui poſſibiliter ſupponit ⁊ ly fuit oē inſtans preteritum actualiter importat ⁊ ꝓ quolibet tali vnit.Sed vnione potētiali pro quolibȝ vnit ⁊ ſic tam copula p̄n̄tis q̃ p̄teriti importat oē inſtās.Sed in hoc differt ꝙ vna ab alia hec per modū preteritionis ſignificat hoc eſt cōnotat qḋlibet inſtans per modū preteritionis:⁊ illa cōnotat quodlibet inſtans per moduȝ preſentialitatis (capio ly cōnotare improprie)⁊ ex hoc patet copulas illas nō eſſe ſynonimas de ſignificatione eſſentiali vt quidaȝ dicit: q: non ſignificant eodem modo poſtq̃ aliqualiter vna dat intelligere vltra ſuum pr̄icipale aliqualiter ſignificare qualiter alia nō dat intelligere ſi enim ſoluȝ different penes modū ſignificandi accidentalem viderentur eidem ſubordinari:quod eſt impoſſibile et pro hec patet ad formā argumentum.

¶Sed pro ſolutione ſexti dubij

quod principale eſt in hac materia anteq̃ argumenta fortiora cōtra hanc opinionem faciamus duo maxime ſunt notāda que fundamenta huius opinionis ſunt quorū primū eſt.Omnis actus ſincathe. prerequirit ad ſui productioneȝ terminū vel terminos a quo vel quibus in conſeruari depēdet ſic quod talis actus ſine talibus terminis cathe.nō pōt manere⁊ tales termini vocāt act⁹ ſincathe.obiecta.

¶Secundum fundamentū

omnis terminus ſincathegoreumaticus determinat ſeu agit in termino catheg. ſeu ſincathe.a quibus producitur ⁊ ſolum in tales itaq̃ ſoluȝ in illos a quibus producitur agit.Ad probationē horū fundamētorū ſuppono vnū qḋ ꝓbabit̄ dubio decimo ſeptimo nullā ꝓpōnē mētalē vltimatam eſſe equiuocā idq̃ receptū eſt ab omnibus cōmunia inſequentibus iam probatur primum fundamentum qm̄ dato oppoſito ſequeretur ꝙ ſincathego.poſſet manere in aīa ſine aliq̇ alio termino ꝯn̄s eſt falſum:ergo et an̄s:ſequela probatur: quoniā poſtq̃ per te a nullo termino dependet in conſeruari ſequitur ꝙ poterit eſſe ſine illo ſimiliter poſtq̃ a nullo termino ꝓducitur:ſequitur ꝙ a ſolo intellectu producitur ⁊ per cōſequens ſolus poteſt eſſe in intellectu:propterea ſi a nullo producitur etiam a nullo termino dependet in conſeruari quia non datur cauſa conſeruans quin ſit efficiens ⁊ per ꝯn̄s ſequitur ꝙ dato oppoſito cuiuſq̃ partis illius primi fundamenti ſequitur terminū ſincathe.poſſe ſe ſolo conſeruari:ſed falſitas ꝯn̄tis probatur primo per Ariſtotelē dicē

rem ly eſt ſi puerum dixeris nihil ſignificat:ſed ſignificat quādā cōpoſitionē quā ſine extremis nō eſt intelligere per quod Ariſtoteles nihil aliꝰ voluit habere niſi ꝙ ly eſt ſolitarie poſitam nullam habet ſignificationē preterea ſequitur eandem ꝓpõnem eſſe veram:⁊ falſam:ꝯñs eſt falſum loquēdo de mētali vltimata:ergo et antecedēs ſequela ꝓbatur:qm̄ iſta copula erit exiſtēte.Sola in anima poteſt primo vnire ly aīal cū ly albū ita ꝙ reſultet hec ꝓpoſitio animal erit album: poterit etiam vnire ly albū cū ly aīal:ſic ꝙ reſultet hec ꝓpõ:albuꝫ erit aīal:ponamus igitur ꝙ aīalia nunc vltimo ſint alba:ita ꝙ nunq̄ poſt hoc erūt alba: tunc arguitur ſic:hec ꝓpõ album erit aīal eſt vera:⁊ hec ꝓpõ album erit aīal eſt falſa:ergo ꝓpoſitum:minorē probo hec ꝓpõ animal erit album eſt falſa:⁊ hec ꝓpõ aīal erit albuꝫ eſt hec ꝓpõ:album erit aīal: ergo hec propoſitio albuꝫ erit animal eſt falſa ꝯña eſt expoſitoria:⁊ minorē ꝓbabis facile expoſitorie arguēdo poſtq̄ termini vniꝰ ſunt termini alterius.

¶Fortaſſis dices ad hanc rationem quēadmodū nūc cōmuniter loquētes dicunt ly erit non poſſe taliter vnire ꝙ poſſit ſimul ⁊ ſemel reſultare:hec ꝓpõ aīal erit album:⁊ hec albū erit aīal cōtra hoc arguitur:ſequitur ad minꝰ ꝙ ſucceſſiue poteſt vnire:ſed hoc eſt falſum:ergo aña:ſequela ꝓbatur:qm̄ ſcđm eos ly erit inuenitur ſolū in aīa:ergo poteſt aliquos terminos vnire:vniat ergo ly aīal:⁊ ly albū ſicq̄ reſultet hec ꝓpõ aīal erit album:⁊ poſtq̄ ly erit nō dependet etiam ab illis terminis ſequitur ꝙ põt manere ſine illis:et poſtmodū vnire nunc hos:nūc illos pro libito intellectus.⁊ per ꝯñs poterit vnire ly album cum ly aīal ſic ꝙ reſultet hec ꝓpõ album erit aīal.ſimilimodo ꝓbabitur: ſi ly oīs ſolitarie inueniatur poſſe nunc diſtribuere ly homo ī hac ꝓpõne oīs homo poſſibiliter eſt ſubſtātia ac deinde diſtribuere vnū aliū terminū pro libito intellectus vcꝫ ly ſubſtātia in hac ꝓpõne omīs ſubſtātia poſſibiliter eſt homo:ſed ꝙ hoc ſit falſum ⁊ impl'e:ſic ꝓbo:ſequitur ꝓpoſitionē aliquam nunc eſſe veram rebus oībus ſe habētibus:ſicut antea illam ꝓpoſitionem fore falſam quod impoſſibile eſt:hoc ſic patꝫ:qm̄ hec ꝓpoſitio aīal erit album:eſt vera caſu poſito:⁊ deinde hec animal erit album erit falſa: et iſte due animal erit album: ⁊ album erit animal erunt eadem:quoniam erunt ijdem termini:ergo propoſitum.

¶Preterea ſequitur aliquam propoſitionem nunc fore neceſſariam et per ſolum placitum intellectus fieri impoſſibilem hoc ſic patet:qm̄ hec ꝓpoſitio oīs hō pl'r eſt ſubſtātia eſt neceſſaria:vbi oīs determinat ly homo et hec impoſſibilis fieret ſi intellectui libuerit videlicet ſi fecerit illud ſincathe.oīs determinate ly ſubſtantia ſeu diſtribuere illud quod idem eſt:et iſte erunt eedem poſtq̄ ijdem erunt termini:vt patet argumentanti expoſitorie ſi enim ſortis caput ponatur:vbi ſunt pedes:⁊ pedes vbi eſt caput nullo alio addito:nec remoto idem erit ſortes:ſic eadē ꝓpoſitio erit vbi ly omnis determinauerit ſubiectū ⁊ diſtribuerit predicatuꝫ ex hac deductiõe facile patet illos plane erraſſe q̄ defēdebāt actꝰ ſincathegoreumaticos modo hos modo illos terminos determinare poſſe ad libitum intellectus ⁊ nō ex natura vnire:ſeu determinare:ſed ex aduertentia intellectus.

¶Secundum fundamentum facile poteſt probari ex dictis:ſi enim actus ſincathegoreumaticus producitur ab aliquibus terminis:vt probatum eſt in illos:ergo aget poſtq̄ non videtur habere dependentiaꝫ ab alijs:⁊ poſtq̄ in aliquos agit ⁊ nō eſt maior ratio ꝙ in vnos q̄ in alios agat:ſequitur ꝙ in omēs talis terminus aget:ſed quod ſolum in illos a quibus ꝓducitur agat:ſeu illos determinet:ſic patꝫ quoniam ſi alios poſſet determinare omnes etiam terminos poſſe determinare: et tunc non daretur ratio quare quando iſta propoſitio eſt in anima homo eſt animal:ly eſt non coniungit iſtum terminuꝫ equus:et iſtum terminuꝫ aſinus:ꝙ ſi aliquis cōcederet ſequeretur ꝙ omnes terminos exiſtētes in aīa cōiungeret poſtq̄ nō eſt maior ratio de vno q̄ de alio:⁊ ſic ly oīs oēs terminos diſtribueret cuiꝰ falſitas manifeſtiſſima eſt:nec poteſt dici q̄ nūq̄ agat in aliquos terminos:⁊ nūq̄ in alios hoc prouenire ex parte intellectus qꝛ hoc ip̄robatū eſt:⁊ ex hac ꝓbatiõe patꝫ capta hac ꝓpõne hō eſt aīal album ſemoto ly albū:totū reſiduū hō eſt aīal corrūpit

et hoc quia ly eſt nō vnit illū terminū hō cum ly animal:ſed ly homo cum ly animal album.

¶Ex his facile videre eſt id quod dubio ſeptimo querebatur auteꝫ que ps ꝓpoſitionis eſt propoſitio et que nō.Unde omnis pars propoſitionis que poteſt eſſe propoſitio totalis per ſe eſt propoſitio:⁊ ſolum talis:quare hoc totuꝫ homo eſt animal quod eſt pars huiꝰ homo eſt animal album non eſt propoſitio: immo nec terminꝰ:quod ſic patet:quoniam nō complexus:nam poſtq̄ illum terminum homo et illum terminum animal albuꝫ vnit non vniet alium : vt probatum eſt: quare non vniet illum terminum homo cum illo termino animal:et ſic non erit terminus complexus nec incomplexus : vt liquet:ergo non eſt terminus:ſed hoc totū homo eſt animal quod eſt pars huius omnis homo eſt animal/eſt propoſitio:poteſt enim eſſe totalis propoſitio vt patet ſemota omnis non enim propter hoc ꝙ ſemoueatur corrumpetur quia nō dependet illa copula eſt ab illo ſigno omnis quare ſi ſemel eſt propoſitio propter hoc ꝙ aliquod ſignum adueniet non deſinit eſſe propoſitio ⁊ ſignificare vere vel falſe ſicut antea.

¶Et ex hoc manifeſte poteſt patere non eſſe ſuſtentabile verba adiectiua eſſe cōplexa qđ ſic manifeſte iuxta fundamenta deducitur ⁊ maxime ſcđm hos qui tenent nullam propoſitionem mentalē eſſe de termino adiacente atq̄ nullū verbum adiectiuū inueniri in mente:ſed quodlibet tale ſubordinari aggregato ex actu ⁊ conceptu:quia hec ſortes eſt. Scđm hos huic ſubordinatur ſortes eſt ens:nam capta hac propoſitione homo currit illa ſubordinatur huic homo eſt currens:⁊ illa pars currit huic toti eſt currens:quod dicunt eſſe terminū complexum quod tn̄ falſum eſt: quia vel hoc totum eſt currens quod eſt pars huius mentalis homo eſt currēs eſt terminus ꝯplexus cōplexiõe diſtanti vel indiſtanti nō eſt ꝯplexus ꝯplexiõe diſtāti poſtq̄ ps huius aggregati eſt currens non diſtant per aliquod coniungibile nec formaliter quia ſunt ſolum due preter nec virtual'r qꝛ maxie eēt:qꝛ illa copula ē/icludit illū terminū ens:⁊ qꝛ virtualiter coniungit illū terminū ens cū illo termino currēs illa copula:ſed hoc nō:qꝛ tūc verba adiectiua inuenirētur in mente videlicet illa copula eſt:⁊ ſic daretur propoſitio de ſecundo adiacente in mēte videlicet hec pars homo eſt que eſt pars huiꝰ:homo eſt currens:quia poſtq̄ hoc totū eſt currens eſt terminus:etiaꝫ hoc totū homo eſt terminus cōplexus ⁊ nō niſi ꝓpoſitio:qꝛ ꝓpoſitionaliter rep̄ſentat.Sed hoc eſt cōtra dicta:nā dictū eſt iā partem hanc homo eſt q̄ pars eſt huius homo eſt currēs nō poſſe per ſe exiſtere:quare cuꝫ ſola ea pars q̄ per ſe manens propoſitiõaliter repreſentaret vocatur ꝓpoſitio ſequitur illā partem non eſſe propoſitionem.

¶Similiter ſequitur quodlibet verbum adiectiuū eſſe ꝓpoſitionē cū ſubordinat̄ ꝓpoſitiõi:quia hoc totū eſt currēs poſtq̄ includit hunc terminū ens nō ſignificat aliud q̄ ens eſſe currēs:ſed hoc eſt ꝓpoſitional'r repreſentare: ergo ꝓpoſitional'r repreſentat:⁊ per conſequens eſt ꝓpoſitio.quodcūq̄ horū eſt abſurdū ⁊ ꝯtra dicta preterea omne complexū diſtans eſt ꝓpõ vel denominatū a ꝓpõne ypothetica hoc totum eſt currens nō eſt denominatū ab aliqua ꝓpõne ypothetica: qꝛ nō eſt cōditionatū nec rationatū nec copulatū reliquū eſt:ergo vt nō ſit ꝯplexū diſtās nec etiaꝫ illud aggregatum eſt currens eſt terminꝰ cōplexꝰ cōplexione indiſtanti :qꝛ tūc ſeq̄ret̄ ꝙ ſe habebūt ſicut determiatio ⁊ determiabile:⁊ tunc copula eēt determinatio p̄dicati ſcꝫ illiꝰ termini currēs qđ eſt impoſſibile:qꝛ eadē rōne copula eēt determiatio ſubiecti:⁊ ſic hoc totū hō eſt/eēt terminꝰ ꝯplexus ꝯplexiõe indiſtāti:qđ ē falſum:tū qꝛ daret̄ ꝓpõ q̄ eſſet terminꝰ ꝯplexus ꝯplexione idiſtāti puta hec ps homo eſt.ſil'r daret̄ propoſitio de eſt ſecundo adiacente in mente. Sed ꝙ hec pars homo eſt ſit ꝓpoſitio:hoc ſic patet:quia cū ſit vnus terminus neceſſum eſt vnicam habeat ſignificationem:et ſignificatio erit neceſſario propoſitionalis relinquitur ergo verba adiectiua nō ſubordinari termino cōplexo. ¶Sed ſi ſuſtētaremus ṽba adiectiua ſubordīari actui ⁊ conceptui quod probabilius exiſtimo: tunc dicendū eſt hoc totum eſt currens: cui ly currit ſubordinat̄ nō eē terminum

vnicu[illegible] eſſe duos terminos nō cōſtituē
tes vnū. Et ſi contra hoc arguas: q꜡ tūc
terminus ſubordinaret̄ non termino id
concedā: ſicut ſecundū tenentes coniun=
ctionē hanc: nec ſubordinari huic aggre=
gato et non ly nec eſt coniunctio ⁊ termi
nus tn̄ ſubordinatur non termino ſuffi=
cit nāqꜫ ꝙ terminis ſubordinetur nec cō=
tra hanc ſolutionē poſſunt fieri argumē=
ta apparētia: ⁊ ſi allegaueris ꝓpoſita opi
niōe ariſto. qui in ante p̄dicamētis videt̄
ſentire ly currit eſſe terminū incōplexuꝫ
poſtq̄ꝫ exēplū ponit termini complexi in
ly currit. Reſpondebis ariſt. alterius opi
niōis fuiſſe ⁊ ariſt. multa dicere quoꝝ op
poſita ſunt ꝓbabilia ⁊ q̄uis id dicat nō
vult negare per hoc oppoſitū eſſe ꝓbabi
le vel dic predicamēta illa fuiſſe archite
aut ad commune refugium ꝙ exemploꝝ
non ſequitur veritas.

¶ Occaſione tn̄ huius dubitatur vtrum
ſit probabile verba adiectiua inueniri in
anima eſſeqꜫ incomplexa.

¶ Ad quod ꝯmuniter reſpondet̄ ꝙ ſic: cō
tra qđ tn̄ ſic arguo: ſequeret̄ ꝙ idē eſſet p̄
dicatū ⁊ copula: ꝯn̄s ē impoſſibile: ergo ⁊
an̄s: ſequela manifeſta eſt: q꜡ in hac men
tali homo currit: ille terminus currit, eſt
predicatum et copula. Sed falſitas con=
ſequētis probat̄: quia tunc idem ꝓduce=
ret a ſeipō: quod eſt impoſſibile: qđ ſic pa
tet: quia copula ab extremis producitur
poſtq̄ꝫ ē ſincathegoreuma. Sed ly currit
eſt copula: ergo a predicato producitur ⁊
ly currit eſt predicatum: ergo a ſeipſo ꝓ=
ducitur.

¶ Secundo ſic ſequeretur ꝙ hec propoſi
tio homo currit eſſet cōplexum cōplexio=
ne indiſtanti poſtq̄ꝫ partes eius nō cōiū=
guntur per aliquod cōiungibile: ſi dicas
ꝙ ly curritur coniungitur cum ly homo.

¶ Contra hoc arguitur nihil poteſt vni=
re ſeipſum: ergo ly currit nō poteſt ſeipm̄
vnire: quod eſt contra reſponſionem.

¶ Tertio ſic arguitur ſequeretur ꝙ poſ=
ſet inueniri ly canis in mente: conſequēs
eſt falſum: quia tunc eſſet equiuocatio in
mente: conſequens eſt falſum: ergo et re=
ſponſio. ſequela patet: quia ſi aliqua eſſet
cauſa quare ly canis non inueniretur in
mente eſſet quia cum eſt cōceptus cathe
goreumaticus abſolute rep̄ſentās opor=
teret ꝙ inueniatur aliqua conuenientia
accidētalis inter ſua ſignificata: que nō
inuenitur inter illa que non ſignificat: vt
patet per regulam communem noialiū.
Sed hoc non impedit quin ille terminꝰ
canis inueniatur in mente: ergo propoſi
tum: minor probatur: quia inuenitur ly
currit in mente: quod ſignificat currētia
⁊ aliqualiter ⁊ tempus ⁊ nulla inuenitur
conuenientia eſſentialis nec accidētalis
inter ſua ſignificata: ſicut nec inter ſigni=
ficata illiꝰ termini canis: ergo ſi ly canis
ꝓpter dictū nō inuenitur etiaꝫ nec ly cur
rit. Preterea cum ly currit habeat duas
ſignificationes inter ſe nullo pacto con=
uenientes: ſequitur quod non inuenitur
in mente.

¶ Ad duo prima facile eſt reſpondere: q꜡
ad primum reſpondebitur concedēdo ſe
quelam et negando falſitatem conſequē
tis: et ad probationem nego ſequelam: ⁊
ad probationem nego maioreꝫ videlicet
quod oporteat copulam ab vtroqꜫ extre=
morum produci. Sed requiritur produci
a quocunqꜫ extremorum: quod ipſa pre=
ſupponit videlicet a quocūqꜫ quod nō eſt
ipſamet.

¶ Ad ſecundam rationem reſpondeo ſi=
cut reſponſum eſt vſqꜫ ad replicā ad quā
diſtinguo antecedens: quia vel itelligis
ꝙ nihil vniat ſe cum alio: ⁊ hoc falſuꝫ eſt:
q꜡ liga vna poteſt ligare ſe cum alio vel
intelligis ꝙ nihil idem vniat ſe: ⁊ ſic con
cedo in quo ſenſu non procedit ratio.

¶ Tertiū argumentuꝫ apparet mihi diſ=
ficile ad quod reſpondeo negando ſeque
lā et ad probationē nego minorē ⁊ ad ꝓ=
bationē dico ꝙ licet nulla ſit conuenien=
tia inter ſignificationes de ly currit. non
propterea oportet ꝙ ſit equiuocus aut ꝙ
ꝓpter illā etiā ly canis inueniatur in mē
te ⁊ diſcrimen eſt: quia ly currit eſt ſinca=
the. aliquo mō ⁊ nō oportet ꝙ inter ſigni
ficationem vnitiuam ⁊ currētia inuenia=
tur ꝯuenientia: quia illa ſignificatio vni=
tiua eſt nihil eſt. Sed oportet ꝙ conueni
entia inueniatur inter ſignificata huius
termini canis poſtq̄ꝫ abſolutus ſimplici=
ter eſt: ⁊ nullā includit ſignificationē ſin=
cathegoreumaticā. Et ſi dicas nō maior
conuenietia inuenitur inter currentia ⁊
tempus qđ ſigri per ly currit cōceſſuꝫ eſt
q̄ꝫ inter ſignificationes de ly canis: ergo
⁊c. fateor. Sed ly currit importat tēpꝰ de

formali aut de ſignificatione ſincathego
reumatica: quia inq̄ꝫtū copula ipſum im
portat ⁊ currentia de materiali.

¶ Sed cōtra hoc arguitur ſequeretur ꝙ
ſicut in mente inuenitur vna notitia ſi=
gnificans currentia ⁊ aliq̄liter videlicet
vnitiue etiā inueniretur vna incōplexa ſi
gnificans homines ⁊ vnitiue ⁊ vna ſigni
ficās alba ⁊ vnitiue. Sed hoc videtur fal
ſum: quia nemo concederet: ergo ⁊ ante=
cedens. ſequela videt̄ manifeſta: non eñ
video maioreꝫ rationē de vno q̄ꝫ de alio.

¶ Sed falſitas cōſequētis probat̄: q꜡ tūc
ſequitur ꝙ poterit dari vnā notitia incō=
plexa ſignificās vnitiue copulatim: ⁊ cur
rētia ⁊ alia diſiunctim ⁊ homies ſicut cō
ceſſum eſt dari vnā ſignificanteꝫ vnitiue
verbaliter ⁊ currentia.

¶ Preterea ſequitur ꝙ poſſet dari vnica
incomplexa notitia repreſentans homi=
nes ⁊ currentia ⁊ aliqualiter: ꝯn̄s eſt fal=
ſum: q꜡ tunc ꝓpoſitio eēt ſimplex notitia
ergo ⁊ an̄s: ſequela eñ videtur mihi ma=
nifeſta: q꜡ poſtq̄ꝫ pōt dari vnica repreſen
tans homines ⁊ aliqualiter: quare nō da
bit vna rep̄ſentans hoīes: ⁊ aīalia ⁊ aliq̄=
liter. hec videtur cōcedēda ab illo qui po
ſitionē obſeruat que mihi apparēt falſa:
quare teneo ꝓbabilius eē defendere ver
ba adiectiua nō inueniri in mente: ſed lo
co illoꝝ inueniri aggregatū ex actu ⁊ cō
ceptu quod quidē nō eſt terminus: ſicut
iā probatum eſt: ſed aggregatū ex duobꝰ
terminis.

¶ Circa fundamēta poſita dubio
ſexto manifeſte patꝫ difficultas nona: vi
delicet q̄ ſigna ſint partes extremorum:
ſolet nāqꜫ poni hec regula ab oībus non
tn̄ ab eiſdē ratio ſeu fundamentū omne
ſincathe. cuius virtus vltra terminū ſeu
extremū cui immediate addit̄ non trāſit
efficitur ꝑs extremi ⁊ ex oppoſito ſignuꝫ
cuius vis vltra terminum cui immedia=
te addit̄ nō tranſit nō efficit̄ ꝑs extremi.

¶ Atqꜫ hinc ſubſequūtur aliē ꝙ omne ſi=
gnū ſequens copulā efficitur pars extre=
mi huic adde copulā implicationis ⁊ que
ſecum implicantur ſyncathe. partes fore
extremi ſignaqꜫ etiā que determinationi
accepte vnice addūtur volūt etiā ꝑtes fie
ri extremorum q̄uis hoc vltimuꝫ magis
voluntarium apparet: cauſa tamen hu=
ius eſt: quia agregatum ex determiatio=
ne accepta vnica ⁊ determinabili reliq̄ſqꜫ
que determinationi adduntur immedia
te reputatur vnicus terminus: ideo vis
talis ſigni non agit vltra terminum ſibi
immediatum reliqua autē ſigna: ab his
que dicta ſunt non reputātur partes ex=
tremoꝝ. ¶ Sed quia oīa hec a priore re
gula depēdet tentandū eſt relatiue rōne
querere ea autē ex fundamētis patet: nā
cū dictum eſt ſincathe. a terminis in q̄s
virtus eius fertur produci (de mentalibꝰ
eſt ſermo: nam ex his vocaliū diuerſitatē
intelliges) ⁊ ſolū ab illis ſi vis ergo ſinca
thegoreumatis tranſit vltra extremū cui
additur, agit in copulā quare ex funda=
mēto ꝓducitur a copula prius: ergo na=
tura eſt copula q̄ꝫ ſincathegoreuma: illđ
copula autem ſolum ab his que coniun=
git ſeu ab extremis producitur prius:
ergo ſunt extrema ſaltem natura q̄ꝫ ſin=
cathe. illud nam prius ſunt q̄ꝫ copula et
copula prius q̄ꝫ illud ſincathe. ergo extre
ma prius ſunt q̄ꝫ ſincathe. illud non ergo
pars eſt extremoꝝ ſincathe. illud nam ſi
pars eſſet prius eſſet q̄ꝫ totalia extrema
aut ſimul relinquitur: ergo ꝙ ſignū cuiꝰ
vis tranſit vltra terminum immediatuꝫ
cui additur ſeu in copulā quātū eſt ex ꝑ=
te ſui non eſſe partem extremi.

¶ Addo quantū eſt ex parte ſui: quia ſtat
bene ꝙ impediat̄ ſignum quo minus in
terminum immediatū agat. ¶ Et ex op=
poſito priorē regule partem oſtendens:
nam ſi ſincathegoreumatis additi vni ex
tremo vis in copulā nō tranſeat copulā
non producit ipſuꝫ: vt patet ex fundamē
to cunqꜫ pars ſit ꝓpoſitionis tale ſinca=
the. nec producit̄ a copula: ſed ab vno ex
tremo tm̄ oportet ipſum ad copule pro=
ductionem cōcurrere ipſamqꜫ efficere cū
ipſa eū determinet ꝯiungēdo partialiter
ſi nāqꜫ copula illud aliquo pacto non de=
terminaret cum ipſuꝫ in copulā nō agat
non eſſet totū aggregatum terminus cō
plexus nec ſignum illud pars propoſitio
nis relinquitur: ergo ipſum ad copule ꝓ
ductionem partialiter concurrere cuꝫ ex
tremo a quo producit̄ copulāqꜫ ipſuꝫ de=
terminare partialiterqꜫ vnire (nō eñ ali
ter q̄ꝫ vniēdo copula determinat) quare
pars extremi erit tale ſincathe. oñe eñ
illud quod copula partialiter vnit pars

extremi vocatur qđ vero totaliter totalis
extremitas appellationē ſortitur atq̧ ex
hoc patet in voce ſignū:quod copulā ſeq̄
tur efficitur pars extremi nam in copulā
nō pōt agere:ideo in mentali cui propoſi
tio illa in qua illud ſignū ſubordinatur
non aget in copulam:quare pars extre=
mi erit:vt deductū eſt cum autem in vo=
ce ſignā ſincathegoreumaticū copulā p̄=
cedit ꝯtū eſt ex parte eius in copulā age
re poteſt id ſignum quare in mentali cui
vocalis propoſitio ſubordinatur ſignum
in copulam aget:⁊ ideo pars extremi nō
efficitur.Queres quomodo ſincathe. in
copulam agere poſſunt:reſpondeo ꝙ ali
quando confundendo tempus per ipſa ʒ
importatum:ſicut ſigna vniuerſalia affir
matiua;alia negādo copulā:et ſic de alijs

¶Pro ſolutione dubij decimi ⁊
eius diſcuſſione:et vt facilius que circa
quartum dubium dicta ſunt intelligan=
tur.Arguitur ſic et maxime contra illud
fundamētum in quo dicebatur ſincathe
goreumata depēdere in conſeruari a ca=
thegoreumaticis terminis quibus pro=
ducuntur:ſequeretur ꝙ ad remiſſionem
noticie q̄ eſt obiectū talis termini ſinca=
thegoreumatici corrūperet act⁹ ſincath.
ſed hoc eſt falſum:nā tūc ſubito corrūpe=
retur ⁊ infiniti actus ſincathe.producerē
tur:ergo ꝓpoſitū:ſequela probatur. Qñ
remittitur notitia cathegoreumatica cor
rumpit obiectū actus ſincathegoreuma
tici:ergo corrumpitur actus.

¶Et confirmatur contra idē fun
damentum ſi copula ab extremis in fieri
⁊ cōſeruari dependeret:ſequeretur ꝙ da
retur aliquis terminus incōplexus qui
non poſſet poni in propoſitone.Sed hoc
eſt falſum:ergo et fundamentum.minor
manifeſta eſt ex diffinitione termini: ⁊ ꝓ
batur ſequela.Capio noticiam auditiuā
a ſoni qui ſonus per horaʒ continuetur
ſucceſſiue ſm̄ ſuas partes tunc noticia il
la auditiua non poteſt poni in ꝓpoſitio=
ne:nam copula illa eſſet ens pure ſucceſ
ſiuuʒ in illa hora⁊ repugnaret partibus
ei⁹ eſſe ſimul nam dato oppoſito ſignet
illa copula ⁊ ſequitur ꝙ diuerſas notici
as coniungit in prima medietate hore ⁊
in ſcđa nā non eſt eadeʒ noticia ī prima
medietate ⁊ in ſecūda.Item ſequitur nō
poſſe talem copulam manere eandē niſi
per inſtans:nā in quocūq̧ inſtanti alia ⁊
alia notitia auditiua eſt:ergo in quocūq̧
inſtanti alia ⁊ alia copula eſt.

¶Confirmatur ſecundo cōtra eadē fun=
damento argumento cuiuſdaʒ quo vult
probare ad productionē actus ſincathe=
goreumatici nō ꝯcurrere effectiue termi
nos cathegoreumaticos.Si concurreret
effectiue terminus cathegoreumaticus
ad ꝓductionē ſincathegoreumatis maxi
me eſſet:q: termini ſincathegoreumatici
determinant a cathegoreumaticis.Sed
illa ratio non eſt ſufficiens argumentuʒ
quia ſequeretur ꝙ in hac propoſitione:
Brunell⁹ hominis currit notitia brunel
li concurreret ad notitiam hominū poſt=
ꝙ̄ determinatur ab ipſa quod tamen eſt
falſum.

¶Ad argumentum quidaʒ in po
ſterioribus ſuis reſpondet concedēdo ꝙ
ad remiſſionem notitie cathegoreumati
ce:ſequitur act⁹ corruptio totalis.ita ꝙ
inſtans in quo ſubiectū totale vel partia
le notitie cathegoreumatice īcipit remit
ti eſt vltimum eſſe cōpletū talis ſincathe
goreumatis.Immo pro quocūq̧ inſtanti
temporis in quo illa notitia remittit ad
nō gradū erit aliqua notitia ſincathego=
reumatica ⁊ durabit preciſe per inſtans
idē q̧ imaginatur de illa notitia qđ Mar
ſilius inguen de quantitate videlicet qđ
in quocunq̧ inſtāti in quo aliquod cor=
pus rareſit eſt noua quantitas cuius id
inſtans eſt primum ⁊ vltimum.

¶Sed iſta ymaginatio ſtā apparet:nā ſe
q̄t itellectū ī q̄cūq̧ ꝑuo tꝑe īfinitos actus
ſincathegoreumaticos poſſe ꝓducere et
corrūpere.¶Qđ ꝓbo eē īpoſſibile.Nam
ad act⁹ ſincathegoreumatici ꝓductioneʒ
req̄rit aduertētia:⁊ nō videt intellectū iī
nities poſſe aduertere:⁊ infinities poſſe
dimittere aduertentiam.Quod auteʒ ad
cuiuſq̧ actus ſincathegoreumatici ꝓdu=
ctionem requiratur aduertētia:vel ex eo
patet ꝙ ex diuerſitate conatu tum diuer
ſi producuntur actus.Etiam ſi non req̄
reret aduertētia non poſſet cauſa reddi
cur magis:intellectus produceret vnum
actum ſincathegoreumaticum ꝙ̄ alium.
Quicquid etiam intellectus producit ad
uertendo producit.

¶Quod ſi fortaſſe non inconuenire cre=
das intellectum infinities aduertere in=
finitieſq̧ deponere aduertētiā id ad mi
nus in ſenſu credes incōuenire:quod tñ
ſequit:puta:ſenſuʒ infinities aduertere:
⁊ infinities deponere aduertentiā in re
miſſione notitie ſincathegoreumatice q̄
ab aliquo ſincathegoreu. determinat.
Itē intellect⁹ pōt īfinita ſincathegoreu
mata ſucceſſiue producere:ꝙ̄ etiā ſimul.

¶Preterea ſequitur ꝙ infinitas
notitias cathegoreumaticas poſſet pro
ducere quū non videatur diſcrimen.

¶Item poterit intellectus remit
tere aduertentiā quā hʒ circa rem ſigni
ficatam per notitiaʒ cathegoreumaticā
nō remittēdo aduertētiā quā habet cir=
ca actum ſincathegoreumaticū.ergo re=
mitti poterit notitia cathegoreumatica
non corrupta ſincathegoreumatica.

¶Forte ad hec omnia diceretur
ꝙ notitia ſincathegoreumatica non de=
pendet ſolum ab aduertentia quam hʒ
intellectus circa eā.ſed etiam ab aduer=
tentia quā hʒ intellect⁹ circa notitiā ca=
thegoreumaticam quam determinat.

¶Contra hoc arguit non magis depen
det notitia ſincathegoreumatica ab ad
uertētia quā habet intellectus circa no
titiā cathegoreumaticā quā ipſamet no
titia cathegoreumatica.Sʒ ad remiſſio=
nem illius aduertentie non ſequitur cor
ruptio totalis notitie cathegoreumati=
ce:ergo a fortiori nō ſequitur corruptio
totalis actus ſincathegoreumatici.

¶Aliter ergo ad argumentū reſpondeo
ꝙ dupliciter pōt remitti actus ſincathe
goreumaticus.Uno modo ex remiſſione
proprie aduertētie:q: intellectus:⁊ ꝓdu
cit ⁊ conſeruat illū actū. Alio modo per
remiſſionē aduertentie qua intellectus
conſeruat notitias cathegoreumaticas
determinatas a tali actu.Et tunc facile
eſt reſpondere ad argumentū ꝙ remiſſa
notitia cathegoreumatica remittit act⁹
eo modo quo remittit ipſa notitia cathe
goreumatica itaq̧ in inſtanti in quo ad
non gradū notitia deuenit actus ſinca=
thegoreumatic⁹ ad nō gradū venit quo
fit vt notitia ſincathegoreumatica pro=
ducta ab aliqua cathegoreu.non differt
a ſpecie ab illa q̄ medietatē determinat.

¶Probabile fortaſſe eēt ſincathegoreu=
ma non poſſe remitti niſi primo modo
iam dicto puta ꝑ remiſſionem ꝓprie ad=
uertentie.Ex qua ſolutione ſequeretur
eundē actū numero q̄ determinat totaʒ
notitiā poſſe determinare partē. Et niſi
hec eſſent vera ſequeret actū ſincathego
reumaticū nō poſſe intēdi nec remitti ꝓ
prie:nā nō videt mihi apparēs ad inten
tionē notitie ſemper ſequi intentionem
ſincathegoreumatici.

¶Sequitur ſecūdo ex hac ſolutiōe dari
vltimū eſſe cōpletum actus ſincathego=
reumatici in inſtāti nāq̧ in quo notitia
cathegoreumatica remiſſa eſt ad nō gra
dum tunc ſecundum ſe ⁊ quodlibet ſui
propter abſentiam conſeruantis deſinit
eſſe notitia ſincathegoreumatica.

¶Quidam tenet actus ſincathe
goreumaticos nō poſſe intēdi:nec remit
ti argumēto quodā nō multū apparēti
de negationis medietatibus q̄ ſe impe=
dirēt:qđ formabit cū inquiret v: rū due
negationes in mente inueniri pñt idē ꝙ
argumētū hac ratione cōfirmat ſi actus
negatiuus partes haberet ſecūdū inten
tionem tūc actus ille eſſet intenſibilis ⁊
remiſſibilis:⁊ vbi intenſior eſſet negatio
propoſitio eſſet magis negatiua: quia ſi
cut per intēſiorē notitiam aliquid inten
tius cognoſcit:ita ꝑ intenſiorē negatio=
nē aliquid fortius negatur: ⁊ ſic propoſi
tio vna eſſet magis negatiua ꝙ̄ alia.

¶Et conſimili ratione oportebit dicere
vnam eſſe magis vniuerſalem ꝙ̄ aliam
quod videtur impoſſibile.

¶Ad hoc reſpōdeo cōcedēdo actū ſinca=
thegoreumaticū intēſibilē ⁊ remiſſibilē:
⁊ cū arguis:ergo cū negatio erit intēſior
propoſitio erit magis negatiua ⁊ cum ſi
gnum vniuerſale intenſius erit propoſi
tio erit magis vniuerſalis.

¶Ad hoc reſpōdeo negando cōſequen=
tiam ꝯñis ſecundum qualitatē intēſio=
reʒ aliquid magis tale dicatur: ⁊ magis
denominat q̄litas intenſior ꝙ̄ remiſſior
nō tamen quodcūq̧ magis denominat
qualitas intēſior:ſed ſolū ſuū ſubiectuʒ:
vnde ſubiectū negationis.i.id cui actus
negatiuus inheret nō eſt ꝓpoſitio nega
tiua nec ſubiectum ſigni vniuerſalis eſt
propoſitio vniuerſalis:ſed intellectus:⁊

Ideo ratione negationis ſigniq; vniuer-
ſalis intellectus magis denominari dꝫ
talis nõ aũt ꝓpoſitio negatiua aut vni-
uerſalis vnde cõcedo ꝙ intenſiori ſigno
vniuerſali intellectus ꝑfectus diſtribu-
tiue intelliget ꝙ̃ remiſſiori. vñ cuꝫ ſigni
vniuerſalis repreſentandi modus ſit in
tellectũ immutare ad rẽ ſignificatã per
terminum queꝫ determinat copulatiue
intelligere: inteſiori ſigno vniuerſali in-
tellectus perfectius ⁊ magis immutabi
tur ad ſic concipiendum.

¶ Nec valet hoc argumentum ratione
ſigni vniuerſalis propoſitio dicit̃ vniuer
ſalis: ergo rõne ſigni vniuerſalis inteſio
ris dicit̃ propoſitio magis vniuerſalis:
nã ille modus arguẽdi valeret ſi ꝓpoſi-
tioni vniuerſali inhereret ſignũ vniuer-
ſale nõ eñ ſequit̃ ratione ſubiecti ⁊ ꝑdi-
cati ꝓpoſitio dicit̃ cathegorica: ergo ra-
tione inteſioris ſubiecti ꝓpoſitio dicitur
magis cathegorica ſimiliter non ſequit̃
ratione albedinis ſortis plato ẽ ſimilis
ſorti: ergo ratiõe inteſioris albedinis ſor
tis plato eſt ſimilior ſorti. Sed hoc nõ eſt
tã ſimile ſicut primũ: ptꝫ igit̃ rationẽ nil
valere: ⁊ opinio nõ eſt apparẽs: tũ qꝛ cuꝫ
intellectus ratione conatus ſincathego
reumata ꝑducat inteſiore conatu inten
ſiorẽ ꝑducet. Itẽ cõcedit aliquã eſſe qua
litatẽ nõ intenſibilẽ ⁊ remiſſibilẽ quodã
cõtra Ariſt. dicentẽ oẽm qualitatẽ ſuſci-
pere magis ⁊ minus illudq; ꝓpriũ quar
to modo eſt qualitati: id etiã contra oẽs
eſt ꝙ̃uis nãq; calculatores cõcedãt qua
litatẽ dari nullius inteſionis nõ tamen
negant illam nõ poſſe intendi ⁊ poſt in-
tenſionem iterum remitti.

¶ Ad primã cõfirmationẽ qui copulam
ſimilem notitie auditiue ſic ſucceſſiuam
imaginaret̃ dariq; deſcenderet ſine incõ
ueniẽti defenderet ipſam poni in ꝓpo
ſitione: ſed melius eſt dicere ipſam non
poſſe poni in ꝓpoſitiõe ſcḋm ſe: ſed bene
ſecundũ ſuam ſynonimã puta ſecũdum
abſtractiuam idq; ſufficere ad hoc ꝙ illa
notitia terminus vocetur.

¶ Ad ſecundã cõfirmationem facile eſt
reſpondere non enim cauſa totalis qua
re termini cathegoreumatici cõcurrant
effectiue ad productionẽ actus ſincathe
goreumatici eſt: quia termini cathego-
reumatici determinantur a ſincathego
reumaticis nec ex eo ꝙ ſincathe. depen-
det a cathegoreumaticis: ſed eſt qꝛ ter-
mini cathegoreumatici intellectu mo-
uente apti nati ſunt ꝑducere ſincathe-
goreuma. Et neſcio quare ꝓpter hoc ar
gumentũ doctus quidam tenet nullum
actũ cõcurrere effectiue ad ꝑductionem
actus ſincathe. nã euidẽter ꝓbatũ eſt: et
ipſe nõ cõcedit actus ſincathegoreuma-
ticos produci a terminis cathegoreuma
ticis inſtrumẽtaliter taliter ꝙ inſtrumẽ
taliter cõcurrũt termini cathegoreuma-
tici. Sed hoc idem eſt qꝛ omnis cauſa in
ſtrumẽtalis effectiua eſt ſimiliter qñ nõ
ita eſſet idem argumentũ qḋ facit mili-
tat cõtra ipſuꝫ: qꝛ ſtatim quereretur ab
illo quare termini cathegoreumatici in
ſtrumentaliter cõcurrũt ad ꝑductioneꝫ
actuuꝫ ſincathegoreumaticoꝝ ⁊ contra
ipſum quicquid reſponderit deducet ar
gumẽtũ niſi aſſignet cãm quã dedimꝰ.

¶ Sed pro diſcuſſione dubij vn-
decimi arguit̃: termini cathegoreumati
ci nõ cõcurrũt effectiue ad ꝑductionem
actus ſincathegoreumatici: ergo male
dictũ eſt: cõſequentia eſt nota: ⁊ patet an
tecedẽs: qꝛ poſitis his terminis hõ ani-
mal in intellectu nullus põt terminus
ſincathegoreumaticus ab illis produci:
igitur ꝓpoſitũ probat̃ antecedẽs illi ter
mini ſunt cauſe naturales: ⁊ intellectus
etiã ⁊ quũ nõ ſit maior ratio ꝙ ꝑducant
copulã eſt ꝙ̃ copulã erit: aut vnũ actum
ꝙ̃ aliũ ſequitur ꝙ vel nullũ ꝑducet aut
quamlibet actum producent.

¶ Nec valet recurrere ad voluntatẽ di-
cendo ꝙ intellectus ⁊ illi termini deter-
minant̃ a volũtate ad hoc ꝙ producant
actũ diſtributiuũ ⁊ nõ copulã. Quia vo-
luntas non fertur in incognitũ teſte Au
guſtino: ſi ergo ille actus nũꝙ̃ fuit habi
tus in intellectu: ſequit̃ ꝙ voluntas non
imperabit intellectui ꝙ ꝑducat actũ di-
ſtributiuum et non alium. Procedo his
de primo actu q̇ habitus eſt ab homine.

¶ Nec vꝫ recurrere ad cauſas celeſtes
videlicet ꝙ ex aſpectu celi: vel qꝛ deus
concurrebat ad illũ producendum: quia
cauſe ſuperceleſtes vniuerſales appel-
lantur ⁊ indeterminate: ⁊ ideo per cau-
ſas ſecundas conſenſus omniũ eſt ipſas
determinari. Ut quia celum eſt indiffe-

rens ad producendũ calorem vel frigus
mediante igne determinatur: vt produ-
cat calorem: ⁊ mediante aqua: vt produ-
cat frigiditatem.

¶ Conſimile argumentum factũ fuit cõ
tra opinionẽ Gregorij ⁊ hoc in loco pro-
miſimus nos ſoluturos. ꝓ cuius argu-
menti ſolutione notãdũ eſt ꝙ ſi proceda
mus de actibus qui nũc formant̃ a no-
bis argumentũ nõ eſt multum difficile:
poſſet eniꝫ dici habitis his terminis hõ
animal in intellectu: intellectuꝫ magis
producere copulã de preſenti ꝙ̃ de futu
ro qñq; ab extrinſeco: vt audita hac voce
homo eſt animal intellectꝰ mouetur ad
formandũ copulã reſpondenteꝫ illi voci
eſt: qꝛ vox inſtrumẽtaliter cõcurrit: qñq;
etiam accidit ꝙ voluntate ꝯcurrente ex
voto volũtatis formantur actus: ⁊ qñq;
etiã ex aſpectu celi: ſeu vt rectiꝰ loquar
ex volũtate prime cauſe q̄ nõ determina
tur a nobis: ſed potius nos ab ipſa.

¶ Sed ꝓ declaratione ſequẽtes ponun-
tur propoſitiones quarũ prima eſt. Oĩs
actus ſincathegoreumaticus ſecũdum
ſe vel ſuum ſynonimum poteſt naturali
ter produci: hec propoſitio patet: qm̃ au
dita hac propoſitione omnis hõ eſt ani-
mal nõ eſt in poteſtate intellectus ſi nõ
ſit impeditus quin actũ reſpondentem
illi actui omnis formet. Similiter audi-
ta illa copula eſt: non eſt in eius poteſta
te non formare illã copulã eſt: ⁊ per ꝯñs
ſequitur ꝙ mere naturaliter ꝑducitur.

¶ Secũda ꝓpoſitio: quilibet actus ſinca
thegoreumaticus intellectiuus cuiꝰ ſy-
nonimus poteſt ꝑduci a ſenſu mere na-
turaliter põt produci ab intellectu. Hec
propoſitio ſic patet: qm̃ talis eſt ordo po
tẽtiarũ ꝙ mota exteriore mouetur inte
rior: ⁊ mota interiore mouet̃ intellectus
poſtq; ergo prius ꝑducitur actus huiuſ
modi a potẽtia ſenſitiua ꝙ̃ ab intellectu
na⁊ poſtq; cognouit ſenſitiua ſtatim na
turaliter cognoſcit itellectiua: ſequitur
ergo ꝙ actus tales producti in ſenſu in-
teriori mere naturaliter producũtur ab
intellectu.

¶ Tertia propoſitio quilibet actus ſin-
cathegoreumaticus cuiꝰ ſynonimũ non
põt ꝑducere potẽtia ſẽſitiua ſi ſit primꝰ:
qui intellectui aduenit libere ꝑducitur.
¶ Hec propoſitio ſic patet: quia talis pri
mus actus ſincathegoreumaticus non
producitur mediãtibus vocibus vel ſcri
pturis naturaliter: quia prius eſt ꝙ̃ vo-
ces vel ſcripturas ſignificare intellectũ
intelligere. Si ergo intellectꝰ adhuc nõ
taliter intellexit ſequitur tales voces et
ſcripturas nõ ſignificare ipſi intellectui
nec cauſa naturalis illius erit termini
quos determinat: qm̃ ſi ſic poſitis talibꝰ
terminis ſemper conſurgeret tale ſinca
thego. Nec valet dicere cauſam natura
lem fore aduertentiã intellectus cũ tali
bus terminis. Quia quereretur de illa
aduertẽtia vtrum libere vel naturaliter
producitur. Et non poteſt dici a qua na
turaliter producatur. Quia ſimili modo
impugnabitur: relinquitur ergo libere
talem terminum produci.

¶ Circa hãc ꝓpoſitionẽ arguit̃: nihil eſt
volitũ quin prius ſit cognituꝫ. Sed vult
volũtas illũ actũ produci ab intellectu:
ergo prius intellectus cognoſcit: ⁊ per
cõſequẽs anteq; volũtas intellectui im-
perat: ſequitur ꝙ ille actus eſt productꝰ
quare nõ libere producet̃: cõſequẽtia no
ta eſt cũ minore: ⁊ maior eſt Beati Augu
ſtini recepta iam ab omnibus.

¶ Ad hoc argumentum nonnulli reſpõ
dent non oportere omne volituꝫ eſſe co
gnitum cognitione diſtincta: ſed ſuffice
re eſſe cognitum cognitione confuſa im
mo ꝙ magis eſt nõ oportet: vt ipſi dicũt
ad hoc ꝙ ſi aliquid ſit volitũ ꝙ ſit cogni-
tum: qꝛ dicũt voluntatẽ efficaciter velit
finem efficaciter velle media ad finem
ꝙ̃uis non cognoſcat ipſa media. Solet
communiter dici voluntateꝫ dupliciter
poſſe velle vno mõ formaliter. Alio mo-
do iterpretatiue. Et velle formaliter ni-
hil aliud eſt ꝙ̃ habere volitionem diſtin
ctam alicuius rei ad quam quidem voli
tionẽ cognitio illius rei requiritur. Sed
velle interpretatiue aliquid eſt velle: ali
quid eſſe in ſua cauſa. Quemadmodum
qui tenent facta in ebrietate imputare
dicunt. Ebrium velle talia facta non for
maliter ſed interpretatiue: quia voluit
cauſam talium peccatoruꝫ: voluit enim
inebriari que erat cauſa ad quam ſeque
bantur alia. Secũdũ hos igitur reſpon-
detur ꝙ qñ volũtas imperat intellectu
ꝙ formet iſtũ actũ ſincathe. oĩs nõ vult
hoc formalr̃: qꝛ ſic intellectus cognoſce

vel taliter qualiter ꝑ ly omnis repreſentatur. Sed interpretatiue hoc vult: ⁊ ita intelligit cauſam taliū actuū intellect⁹: vꝫ notitiā hominū ⁊ notitiā animaliū vel aliquas alias q̄ talē actū ſunt productiue. Sed hec ſolutio quodāmō eſt nō intelligibilis: q: viſo ꝙ intellect⁹ nō cognoſcat niſi id qḋ ꝑ terminos cathegoreumaticos repreſentať: ⁊ poſtq̄ voluntas nō īperat ipſi diſtincte formare hūc actū: vel illū neſcirē dicere quare intellectus ꝓpter imperiū volūtatis producit magis hūc actū q̄ illū poſtq̄ intellect⁹ nō ſe determinat per volūtatē ad hunc vel ad illū. Quare aliter eſt dicēdū videlicet volūtatem libere imperare intellectui ꝙ producat nūc vel illū actū ſine volitione. Unde hec ꝯña nō valet volūtas imperat potentijs ſuis: ergo vult. Et ꝙ hoc poſſibile ſit: vꝫ ꝙ volūtas libere cōcurrat ad aliquē actū ſine volitiōe id ſic patet. Qm̄ volūtas libere producit actū ſuū ſine volitione qua velit producere actū ſuū datur eniꝫ prima volitio q̄ a volūtate libere ꝓducitur ſine hoc ꝙ voluntas velit illam volitionem producere.

¶ Aliter nōnulli dicerēt ad argumētum ꝙ intellectus eſt liber in ſe applicādo: et ponūt illam libertatē eſſe quādam perfectionē intellectus: quare dicerent intellectū hunc actū ꝓducere: ⁊ non illum ex libertate ſua: ſed hoc nō credo eſſe omnino verum: quare ſto ī prima ſolutiōe.

¶ Circa ſecundam propoſitionē ſic arguitur ſenſus interior non pōt formare ſincathego. ergo nulla potētia ſenſitiua poteſt formare ſincathego. conſequentia patet. Quia ſenſus exterior nullum ſincathe. poteſt ꝓducere: quia oēs notitie ab ipſo ꝓducte ſūt intuitiue: ſed patet antecedens. Qm̄ ſi poſſet formare ſincathegoreumata poſſet formare ꝓpoſitiones: ⁊ per conſequens ſyllogiſmos: ⁊ ſic poſſet ſyllogiſare et diſcurrere: q̄re nō differet ſenſus interior ab intellectu.

¶ Preterea reddit argumentum in dubio precedenti factum: quia cum illa ſincathego. debeant produci a notitijs terminorum cathegoreuma. ⁊ illi termini cathegoreumatici naturaliter cōcurrāt. Similiter potentia ſenſitiua interior naturaliter concurrant: ſequitur poſtq̄ nō eſt maior ratio ꝙ vnus actus producatur q̄ alius ꝙ omnis ꝓducetur vel nullus producetur. Nec valet recurrere ad voluntatem: quia bruta non habent voluntatem.

¶ Ad primum iſtoꝝ ſolet cōmuniter reſponderi: cōcedendo bruta formare propoſitiones ⁊ ſyllogiſmos: vt experimēto cōpertū eſt de cane: elephanto: ⁊ ſimilia: ſed in hoc differt. Brutū ab homine quo ad cognitionē: q: brutuꝫ non pōt formare terminos cōmunes nec ꝓpoſitiones ex illis cōpoſitas: ſed intellectus oībus cognoſcendi poteſt modis cognoſcere.

¶ Sed contra ſolutionem hāc arguitur ſi ſenſus poteſt producere ſincathe. pōt formare terminos cōmunes: ergo male datū eſt diſcrimen. probatur cōſeqnētia. Quia ſenſus poteſt formare ly vł poteſt etiam formare ly ſi: quia poteſt formare diſiunctum ex terminis ſingularibus ſynonimis: ergo quum poteſt formare ſincathe. potens determinare terminuꝫ cōmunem poterit formare terminuꝫ cōmunē. Hoc ſic patet: quia poteſt formare iſtū terminū ſortes: ⁊ iſtū terminum plato: deinde hoc ſincatheg. vel ergo poterit formare totum diſiūctum: quod eſt terminus cōmunis: patet conſeqnētia: quia poſtq̄ poteſt formare partes poterit formare totum.

¶ Ad hoc argumentum duplex eſt modus reſpondēdi. Quidam tenent nō eſſe inconueniens bruta formare terminuꝫ cōmunem cōplexum. Sed reputarēt inconueniens ipſa formare cōceptus communes incomplexos. Alij tenent nullū conceptum cōmuneꝫ ſiue ille ſit complexus: ſiue incōplexus a bruto poſſe formari: ⁊ iſti negant hanc conſequentiā quaꝫ fecimus in argumento. Senſus poteſt formare partes huius diſiuncti: ergo poteſt formare totū diſiunctū. Sed illa conſequentia manifeſta eſt: qm̄ ſi poteſt formare ly vel: ⁊ ly vel non poteſt produci ſine iſto termino ſortes: ⁊ iſto termīo plato: ergo producitur totum diſiunctum ſi ly vel producatur.

¶ Sed tenendo illam vltimam poſitionem aliter eſſet reſpondendum: negādo ꝙ ly vel poſſet produci a ſenſu: mediātibus iſtis terminis ſortes plato. Sed bñ poſſet produci vnum ſibi ſynonimum.

Sed hoc

Sed hoc nō erit mediantibus terminis nō ſynonimis: q: in iſto pōt ꝓduci ſortes vel ſortes. Sed vt dictū eſt hoc ly vel nō poteſt vnire iſtū terminū Plato. Et illud dicetis eſſe ex natura ſenſus qui nō pōt formare aliquos terminos cōes.

¶ Sed cōtra hoc arguiť: ſenſus aliquem actū ſincathe. pōt ꝓducere ⁊ quum nō ſit maior ratio de vno q̄ de alio: ſequitur ꝙ quēlibet actū pōt ꝓducere: ⁊ per ꝯñs pōt producere ly omnis et quū omnis non poſſet agere niſi in terminum cōmunem ſequitur ꝙ ſenſus poterit producere terminum communem.

¶ Ad hoc facile rñdeť negando minorē. Et ſi queras quē actū pōt ꝓducere ⁊ quē nō: rñdeo omnē actum accōmodum termino ſingulari poteſt: ſed nullū actum ſolū accōmodū termino cōi pōt producere. Et hoc dicas fore ex natura ſenſus.

¶ Contra hoc arguitur hec concediť ſenſus videt albedinem ⁊ illa eſſet falſa: niſi ſenſus formaret terminū cōmunē: ergo ſenſus format terminū cōmunē probať minor: q: ſenſus illius propoſitionis eſt ſenſus videt albedinē mediante cōi notitia albedinis poſtq̄ ly video appellat.

¶ Arguitur preterea ad idem ſenſus poteſt formare hunc terminum ſortem eſſe ſortem: ergo poteſt formare quēlibet terminum ſibi ſynonimū: ſed hoc totum ſortes exiſtēs ſortes eſt terminus ſibi ſynonimus: ergo illum terminū poteſt formare ſenſus: ſed ille terminus eſt cōis: ergo terminū cōmunem poteſt formare.

¶ Ad primum iſtorum reſpondeo negando minorem. Et nego ꝙ ly video appellat propriam rationē: quoniā ſoli actus anime interiores importantes termini appellant propriam rationem.

¶ Ex quo ptꝫ hanc de rigore eſſe falſam. ſenſus cognoſcit albedinē: nec valet iſta conſequentia Brunellus videt albedinē ergo brunellus cognoſcit albedinē: ſed bene ſequitur brunellus videt albedinē ergo brunellus albedinem cognoſcit.

¶ Ad ſecundum nego illos duos terminos ſortem eſſe ſortem: et ſortes exiſtens ſortes eſſe ſynonimos ſecundus eñ oīa entia ſignificat ⁊ primus non.

¶ Sed diceres poſtq̄ ſenſus poteſt ſortē ⁊ platonē cognoſcere copulatim per hoc copulatū ſortes ⁊ plato quare nō poterit ſortem ⁊ platonē cognoſcere diſiunctim.

¶ Ad hoc reſpōſum eſt id fore ex natura ſenſus qui non poteſt formare terminum communem.

¶ Alia opinio fuit circa hoc iam dicta videlicet qḋ ſenſus poteſt formare terminos cōmunes complexos: ſed nullū terminum cōmunem incomplexum.

¶ Contra quam ſic arguitur ſequeretur ꝙ ſenſus poſſet adequate tantum cognoſcere quantū intellectus intelligeret: ſed hoc falſum: ergo ⁊ opinio falſitas conſequentis patet manifeſte: ſed probatur ſequela ſenſus poteſt cognoſcere per terminum cōmunē cōplexum quicquid intellectus cognoſcit per terminū cōmunē incōplexum: ergo propoſitū probatur antecedēs: quia ſenſus poteſt formare hoc conditionatū ſortes ſi eſt ſortes: ⁊ hoc cōditionatū repreſentat oīa entia que poſſunt ab intellectu intelligi: ergo quicq̄d ab intellectu poteſt intelligi ſenſus poteſt cognoſcere.

¶ Ad hoc reſpondebis ꝯcedendo ſequelam videlicet ꝙ quicquid intellectus poteſt intelligere: ſenſus poteſt intelligere confuſe: ſed negabis illam ſi intelligat eque diſtincte.

¶ Contra hoc arguitur. Senſus eque diſtincte poteſt cognoſcere ſicut intellect⁹: ergo male dictum eſt antecedens patet: quia ſignato illo ꝙ ab intellectu cognoſcitur per aliquem terminū cōmunē incomplexum diſtincte ſignificantem illud ſenſus poteſt formare vnam notitiā cōplexam illi termino cōi ſynonimam aut conuertibilem: ⁊ per conſequens mediāte illa eque diſtincte cognoſcet ſicut intellectus; antecedens probatur: quia ſenſus aliquem terminum cōmunem complexum poteſt formare: ⁊ cum nō ſit maior ratio de vno q̄ de alio ſequitur quod quēlibet.

¶ Et confirmať hec ratio ſuppoſita opinione Gregorij de productione terminorum cōmunium incomplexorum videlicet ꝙ habitis duorum indiuiduorum notitijs: ⁊ habendo notitiam comparatiuā intellectus comparantis illa duo indiuidua in aliqua conuenientia eſſentiali ex tali comparatione reſultat in intellectu notitia quedā cōmunis abſoluta repreſentans omnia illa; inter que talis con

uenientia poteſt reperiri.

¶Jam arguitur ſic. Senſus poteſt formare notitiam cõmunem incomplexam ergo dicta nulla. antecedens probatur. Senſus poteſt primo formare notitias duas ſingulares duorũ indiuiduorum ⁊ poteſt etiã formare notitiam comparatiuam: que dicta eſt: ergo ſenſus poterit formare terminũ cõmunẽ conſequentia patet: quia agens potens producere cauſas poteſt etiam producere effectum illarum cauſarum.

¶Et antecedens probatur: qꝛ ſi aliquid obſtaret: maxime eſſet qꝛ non poteſt formare notitiam comparatiuã: ſed poteſt bene formare: igitur propoſitũ probatur minor: quia vel non poſſet eam formare quia eſt propoſitio vel quia componitur ex terminis cõmunibus: vel quia eſt iudicium ſine notitia iudicatiua.

¶Sed nulla iſtarũ cauſarũ impedit: nõ prima qꝛ propoſitiones ſenſus poteſt formare vt dictũ eſt nec recte dicetur ꝙ propterea ꝙ talis notitia cõparatiua ſit iudicium nõ producetur a ſenſu: qꝛ ſenſus poteſt iudicare: vt patet experiẽtia ſomnus et de multis aĩalibus: nec etiã recte dicetur ꝙ propterea quia illa notitia cõparatiua preſupponit terminos cõmunes a ſenſu nõ poteſt produci: qꝛ ſi ſic intellectus eam non poſſet formare: quando cõcurrit ad productionẽ primi termini cõmunis. Nil igitꝛ obſtat ſenſui: quin optime poſſit formare terminũ cõmunẽ incomplexum.

¶At primũ iſtorũ poſſet reſponderi negando ꝙ ſenſus interior poterit quẽcunqꝫ terminum complexum conuertibilem cum termino communi producere: vnde terminum conuertibilem cum iſto termino homo non poſſet formare: quia vix poteſt dari terminus complexus cõmunis compoſitus ex terminis ſingularibus conuertibilis cum illo termino homo ⁊ ſenſus ſolum poteſt formare notitias complexas cõmunes: cõpoſitas ex ſingularibus: ⁊ non alias cõmunes.

¶Ad confirmationem que difficile eſt: et maxime contra illos qui tenent naturaliter intellectũ producere terminũ cõem: non alter credo reſpondendũ fore niſi dicendo ꝙ intellectus non põt producere terminũ cõem niſi ꝑ imperiũ volũtatis: ⁊ ꝙ vltra notitiã cõparatiuã reqꝛit adhuc ad formationẽ notitie cõis imperiũ voluntatis. Poſſent circa hec multe queſtiões moueri de productione termini cõis: ſed ſunt ꝓpoſito impertinẽtes. Relinquit tñ in hoc argumẽto vtraqꝫ opinionẽ fore ꝓbabilem: tam eam que defendit ſenſum poſſe formare terminũ cõem complexũ: q̄ eam que defendit nullũ terminũ communẽ poſſe producere. Reſtat tñ rñdere ad id qð in principio petebant quare ſenſus habitis his duabus notitijs ſortes/plato ꝓducit iſtum actum eſt: ⁊ nõ iſtum fuit. De intellectu nanqꝫ iam cauſa fuit aſſignata: nec in ſenſu longe diuerſa eſt querenda. vñ in ſenſu ab extrinſeco procedere poteſt aliquãdo. Quandoqꝫ vero ex aſpectu celi (vt aiunt plurimi). Si dicas celum de ſe eſt indifferens ad productionẽ huius vel illius actus: ergo ab aliquo determinatꝛ: ⁊ nõ videtꝛ a quo niſi cã particulari: ergo a ſenſu determinatꝛ: vel ab aliquo alio. Non ergo videtꝛ ſufficiẽs cauſa eſſe celũ hoc: probat celum nõ eſſe cauſam immediatã ad hoc ꝙ ſenſus hũc vel illũ actũ ꝓducat: ſed immediata cauſa eſt voluntas prime cauſe ad id ex ſua libertate ſe determinantis. vñ hoc argumentũ eſt fortiſſimũ ad probandũ in lumine naturali primã cauſam eſſe liberã: reliquaſqꝫ cauſas determinare ignis de ſe eſt indifferens ad productionẽ huius vel illius caloris: ergo ꝙ producat hũc ⁊ non illum ab aliqua cauſa determinatꝛ ⁊ non põt dici ꝙ a cauſa naturali. nam ea etiã in determinata eſt ad hũc vel illum effectum producendũ: ergo ad liberã eſt recurrendũ: que propria virtute agat: et non determinetur ab alia nam non eſt proceſſus in infinitum.

¶Pro defenſione dubij tredecimi contra ſecundum et tertium fundamentum arguitur.

¶Primo ſi verum eſſet ꝙ terminus ſincathegoreumaticus ſolum ageret in notitias: a qb⁹ ꝓducitꝛ: ſequeretꝛ in hac propoſitione mentali Antichriſtus eſt futurus illum terminũ antichriſtus non ampliari: ſed conſequens eſt falſum: ergo et fundamentũ minor ptꝫ: qꝛ ſic propoſitio illa eſſet falſa poſtqꝫ ſubiectũ non ſupponit: ſed probatꝛ ſequela. Ille terminus futurus non producitꝛ ab illo termino antichriſtus: ergo ſequitꝛ ꝙ non ampliat illũ terminũ antichriſtus añs patet: qꝛ intellectus põt habere notitiã omniũ entiũ futurorũ videlicet notitiã cui ly futurũ ſubordinatꝛ: ſine hoc ꝙ habeat notitiam diſtinctam antichriſti.

¶Si fortaſſis reſponderes negando ſequelam ⁊ ad probationẽ negares añs: et ad probationẽ negares illud videlicet ꝙ intellectus poſſet habere notitiam oĩm entium futurorum: quinetiam haberet notitiam antichriſti diſtinctam.

¶Contra hoc arguitur. Sequeretꝛ intellectum nõ poſſe habere notitiam confuſam omniũ entium futurorũ: quinetiam haberet notitiam diſtinctam eorũdem: ſed hoc eſt falſum: igitꝛ male reſponſum eſt. Sequela probatur: qm̃ dictum eſt nõ fore poſſibile habere notitiam confuſam omniũ entium futurorũ quin haberetur notitia Antichriſti: ⁊ cũ non ſit maior rõ ꝙ intellectus nunc formet notitiã diſtinctam antichriſti q̄ notitiam aliorum: ſequitur ꝙ notitiã aliorum diſtinctam producet quod impoſſibile eſt: minor patet: qꝛ ante magis dependet notitia confuſa omnium entium futurorum a notitia antichriſti q̄ a notitia aliorum.

¶Confirmatur contra idem fundamentum. Sequeretur ꝙ in iſta propoſitione mentali: homo immediate poſt hoc erit animal ille terminus homo confunderetur ab iſto ſigno immediate poſt hoc: ſed hoc eſt falſum: ergo ⁊ fundamentum ſequela ptꝫ: ille terminus immediate poſt hoc producitꝛ ab illa notitia homo igitur agit in illam ſed non põt agere: niſi confundendo: ergo confundit illam: añs ptꝫ ly immediate poſt hoc producitꝛ ab illa copula erit ⁊ illa copula erit producitꝛ ab illo termino hõ ergo ly immediate poſt hoc producitꝛ ab illo termino homo cõſequentia hec ptꝫ per iſtã maximã quicqd eſt cauſa cauſe: eſt cauſa cauſati.

¶Simile argumentũ poteris facere ad probandũ ꝙ in hac ꝓpoſitione rationale ⁊ nullus homo ſunt aĩalia: ille terminus rationale diſtribuatꝛ ab illa negatione nullus: qꝛ illa negatio nullus producitur a ly rationale: ergo agit in illũ terminum ⁊ non niſi diſtribuendo: ergo diſtribuit añs ptꝫ: qꝛ illa negatio nullus ꝓducitur a copula: qꝛ negat copulã: ⁊ copula producitꝛ partialꝛr a ly rõnale: qꝛ ly rationale eſt pars ſubiecti: ergo illa negatio nullus producitꝛ a ly rõnale ꝯñ ptꝫ per eandem maximã quicquid eſt cauſa cauſe eſt cauſa cauſati.

¶Ad argumentũ poſſunt dari nonnulle fractiones. Poſſet eñ aliquis dicere fundamentũ illud debere intelligi de terminis ſincathego. qui non ſunt notitie: et ideo non opꝫ ꝙ ly futurũ producatꝛ a ly antichriſtus: eſto ꝙ ampliet illud: ſꝫ hoc eſt falſum: qm̃ ratio qua illud fundamentum probatꝛ oĩno. idẽ probat de termino cathe. qui eſt notitia ſignificãs aliquid: ſicut de ſincathego. qui ſolum aliqualꝛr ſignificat. cum eñ ly futurũ agit in aliquẽ terminũ a quo non producitꝛ: ⁊ nõ eſt maior ratio ꝙ agat in vnũ q̄ agat in alium ſequitꝛ ꝙ in quẽlibet ageret: neqꝫ hoc põt determinari ab intellectu: qm̃ (vt probatum eſt) ſequeretur eandem propoſitionem eſſe verã et falſam. deduc realiquas ſicut ibi.

¶Quare aliter eſt reſpõdendũ: ⁊ fortaſſe apparentius dicendo ꝙ illa ꝓpoſitio antichriſtus eſt futurũ: ſubordinatꝛ vni propoſitioni mentali: qꝛ ly futurũ non ampliat: ſed additur copule vnũ ſignũ ſincathe. habens virtutẽ ampliandi ſubiectũ ad illa que ſunt vel erunt: ⁊ reſtringendi predicatũ vt videlicet ſtet pro illo quod eſt futurum.

¶Aliter etiã poſſet dici: et forte nõ minus apparẽter ly futurus in aĩa ſubordinari notitie omniũ entiũ futurorũ: et virtutẽ habet ampliandi ſuũ ſubſtantiuũ: ⁊ non aliquem alium: qui nõ dependet ab aliquo niſi a ſuo ſubſtantiuo: ⁊ vni actui ampliãti ſubiectum. Et ſi arguas de hac vocali antichriſtus eſt futurũ: capiendo ly futurum ſubſtantiue. Reſpondeo ꝙ illa nõ ſubordinatur vni propoſitioni: in qua ly futurum capiatꝛ ſubſtantiue: ſed ſubordinabitur vni: in qua ly futurũ capietꝛ adiectiue: aut ſi velis aliter dicere dicas hãc ꝓpoſitionẽ antichriſtus eſt futurũ capiẽdo ly futurũ ſubſtantiue eſſe falſam.

¶Contra has duas ſolutiões arguitur ſic. Bene ſequitur ly futurum ſolum ampliat ſuũ ſubſtantiuũ: ergo non ampliat tempus importatum per copulã: ſed hoc eſt falſum: ergo ⁊ antecedens: conſequẽtia

Ita nota eſt: ſed ptꝫ falſitas ꝯñtis: qm̃ ſe-
quitur illam propoſitionē eſſe falſam: qđ
ſic patet: bene ſequit̃ antichriſtus eſt fu-
turus: ergo antichriſtus in tp̃e pñti qđ
eſt eſt futurus: ꝯñs eſt manifeſte falſum:
q2 ſubiectũ nõ ſupponit: ergo ꝓpoſitũ.

¶ Ad hoc nõ põt dici ꝙ illa copula ē am-
pliatur a ly futurũ: q2 ſi ſic eſſet idē eſſet
cauſa ſuĳpius: qm̃ ly futurũ ab illa copu
la eſt ꝓduceretur: poſtq̃ȝ in ipſam agit: et
illa copula eſt ꝓducere t̃ a ly futurũ poſt-
q̃ȝ determinat ⁊ vnit ly futurũ: quare idē
erit cauſa ſue cauſe. Ex quo facile ptꝫ idē
eſſe cām ſuĳpius: quare ad argumentũ.

¶ Rñdeo cõcedendo ſolũ ſubſtantiuũ de
ly futurũ ampliari: nec ꝓpterea ſequitur
illam ꝓpoſitionē antichriſtus eſt futurũ
eſſe falſam: ⁊ qñ ꝓbatur illam eſſe falſam
nego ꝙ hoc ꝯſequens ſit falſum: antichri
ſtus in tp̃e pñti qđ eſt eſt futurꝰ: imo illa
vera eſt manifeſte: qm̃ hoc predicatũ in
hoc tp̃e preſenti cõpetit ſubiecto: ita eſt
eñ in hoc tempore ꝙ antichriſtus eſt fu-
turus: ⁊ ꝙ hoc ſit verũ patet: quia in hac
propoſitiõe Adam eſt mortuus: tempus
importatum per illam copulam eſt: non
ampliatur. Non eñ ſenſus eius eſt adã
in inſtãti preterito eſt mortuus: quoniã
illa falſa eſt. Similimodo nec ſenſus hu-
ius antichriſtus eſt futurus: eſt iſte anti
chriſtus in tempore futuro eſt futurus:
quia illa falſa eſt. Sed ſenſus eiꝰ eſt iſte
antichriſtus in tempore preſenti eſt fu-
turus: in qua illa determinatio in tempo
re preſenti ſola eſt determinatio copule:
aut ſi velis poſtq̃ȝ eſt terminus ſincathe
goreumaticus ꝙ a parte alicuius extre-
mi applicetur: erit pars predicati. Et ſic
patet de duobus modis rñdendi ad ar-
gumentũ ⁊ quomodo in hac propoſitio-
ne antichriſtus eſt futurus tempus im-
portatum per copulam nõ ampliatur ſi
eñ ampliaretur predicatũ nõ ſtaret pro
illo quod eſt futurum: ſed pro illo quod
eſt vel erit futurũ. Ex his patet hunc ter
minũ futurus cathegoreumatice ſignifi
care. Nam oĩa entia futura ſignificat
⁊ aliqualiter etiã ſeu ſincathegoreu. naȝ
exercet officium ſupra aliquem terminũ
ipſum ampliando.

¶ Ad cõfirmationē rñdeo negãdo ſeque-
lam: ⁊ ad ꝓbationē nego primã ꝯſequen
tiam. Regula eñ illa poſita intelligit̃ de
cã imediata: itaqꝫ ſic itelligẽda eſt. Oĩe
ſincathegoreuma agit in termios a qui-
bus immediate producitur: ⁊ nõ oportet
ꝙ agat in illos a quibus mediate produ
citur vt capta hac ꝓpoſitione homo non
eſt aĩal: negatio illa immediate producit̃
a copula, ⁊ a predicato quare copulã ne-
gat: ⁊ predicatũ diſtribuit: ſed ille termi-
nus homo nõ immediate cõcurrit ad pro
ductionē illius copule ſed ſolũ mediate
q2 eſt cauſa copule et ſi queras quare eſt
ꝙ copula et predicatũ concurrũt ad pro-
ductionē illius negationis: ⁊ non ſubie-
ctum reſponſum eſt iam ad hoc in quo-
dam argumento: ⁊ dictũ eſt hoc poſſe ꝓ-
uenire vel ex imperio voluntatis: vel ab
extrinſeco: vel ex voluntate: vel alĳs mul
tis cauſis: que determinãt intellectũ. Si
milimodo rñdendũ eſt ad tertiũ.

¶ Pro diſcuſſione dubĳ arguit̃ eandem
opinionē: ⁊ eius fundamenta ſequeret̃ ꝙ
in hac mentali homo eſt aĩal: nullũ eſſet
ſubiectũ nec predicatũ ꝯſequens eſt fal-
ſum: ergo ⁊ añs ſequela probatur cũ non
eſt maior ratio ꝙ ly homo ſit ſubiectum
q̃ȝ ly animal: ergo neutrũ erit ſubiectum
aut vtrũqꝫ erit: qđ eſt falſum. Simile ar-
gumentũ poteris efficere de hac propoſi
tione omĩs albedo eſt qualitas ad ꝓbã
dum illã eſſe verã aut falſam. Illa nãqꝫ
primo vera eſt: ⁊ falſitas eius probari po
teſt: quoniam ille terminus qualitas di-
ſtribuitur: ergo illa propoſitio eſt falſa.
Antecedens patet: q2 poſtq̃ȝ illud ſignũ
omnis ꝯ notitia qualitatũ: ⁊ notitia albe
dinum producatur non eſt maior ratio
quare diſtribuatur notitia albedinum
quam notitia qualitatũ: ergo diſtribuit
notitiam qualitatum.

¶ Pro diſputatione decimiquarti dubĳ
arguitur ſic. Ex dictis ſequeretur has
duas vocales omnis homo eſt homo: et
omnis homo eſt omnis homo: eidē men
tali ſubordinari: conſequens eſt falſum:
et opinio ſequela probatur: quia iſta pro
poſitio mẽtalis omnis homo omnis ho-
mo eſt. Hec eadem omnis homo eſt ho-
mo: quia illa duo ſigna ſunt eiuſdem ſpe
ciei ſynonima ergo ſe intendent: ⁊ faciẽt
vna in qualitatem: et per ꝯſequens huic
equiualebit omnis homo eſt homo: an-
tecedens patet illa ſincathegoreu. pro-
ducunt ab eadem potẽtia et producunt

ab eiſdeȝ obiectis: ergo ſunt eiuſdem ſpe
ciei: non enim videtur penes quid aliud
attenditur idẽtitas ſpecifica ſincathego-
reumatica. Et probetur cõſequentia per
dictum illud commune Ariſtot. Omnes
qualitates ſolum numero differentes: et
eiſdem ſubiectis adequate inherentes ſe
intendunt.

¶ Ad argumentum reſpõdere ex
fundamentis poſitis eſt. dicendum nãqꝫ
eſt in hac propoſitione mentali homo eſt
animal: ly homo eſſe ſubiectum: ⁊ non ly
animal ex natura actus. Eſt enim talis
nature illa copula eſt in illa propoſitiõe
vt per totam propoſitionē denotetur ani
mal cõuenire huiuſmodi: et non hominē
animali: et talis nature eſt in hac ꝓpoſi-
tione animal eſt homo: vt ratiõe eius de
notetur hominem conuenire animali: et
nõ animal homini. Similimodo dices in
hac propoſitione omnis albedo eſt quali
tas: illud ſignum omnis talis eſſe nature
vt illum terminũ albedo diſtribuere poſ
ſit: ⁊ illum terminum qualitas confunde
re: et non oppoſito modo ſic ꝙ actus: qui
ſemel diſtribuit iſtum terminum albedo
et cõfundit illum terminum qualitas nõ
poteſt illum terminum diſtribuere.

¶ Si autem inquiratur quare eſt ꝙ illi
tres termini albedo eſt qualitas: ꝓduxe-
runt vnum actum diſtribuẽteȝ illum ter
minũ albedo: ⁊ nõ illũ terminũ qualitas.

¶ Ad hoc reſpõſum eſt ꝙ ex natura actꝰ
atqꝫ ex fundamẽto ſolutio clara eſt. Sed
ideo hic appoſuimus: vt nõnullorum ſo-
lutiones audiamus. Dicunt enim aliqui
in quacũqꝫ propoſitione illum terminuȝ
qui prius concipitur: eſſe ſubiectum: ⁊ ter
minuȝ qui poſterius producitur: eſſe pre
dicatum. Sed hec ſolutio nõ euacuat dif
ficultatem: quoniaȝ ſi tam ly homo q̃ȝ ly
animal eque cito producatur: redit eadē
difficultas ꝙ ſi non admittas illos duos
terminos: eque cito ab intellectu ꝓduci:
capiam ꝓpõnes in angelis: qui i inſtanti
cognoſcunt plura: in quibus redit eadeȝ
difficultas: aut quãuis ſucceſſiue produ-
cãtur redit difficultas ſi ponamus eque
cito illos terminos produci.

¶ Alĳ dixiſſent id ex acceptiõe intellectꝰ
ꝓuenire capientes illum terminum ho-
mo pro ſubiecto: ⁊ illum terminũ animal
ꝓ predicato. Sed hec ſolutio minime va-
let: niſi gloſſetur taliter: vt ad noſtram re
deat: quia dictum eſt in fundamentis nõ
eſſe in poteſtate intellectus nunc vnum
terminum accipere pro ſubiecto: et nunc
alium: quia eſt illo ſequeretur propoſitio
nem veram eſſe falſam: quod facile vide-
ces ibi ex dictis.

¶ Propterea prius natura eſt notitias ⁊
actus eſſe in mente: q̃ȝ intellectũ ſic velle
cõcipere: ergo ꝙ intellectus intelligat ta
liter vel taliter: hoc h3 a notitĳs ⁊ actibꝰ
et nõ a ſe: quare non ex eo ꝙ accipit illuȝ
terminum homo pro ſubiecto: ille termi-
nus hõ erit ſbm̃: ſed ex natura copule.

¶ Alĳ vero dicunt ſolutionem primã re-
fellentes in hac ꝓpoſitione homo eſt ani
mal: illum terminum homo eſſe ſubiectũ
et illum terminum animal predicatum:
quia illa ꝓpõ mentalis correſpondet vni
vocali: in qua ly homo eſt ſubiectum: ⁊ ly
animal predicatum. Sed iſti ſignificatio
nem terminorũ mentalium per voces et
ſcripturas cognoſci voluit: quod nequaq̃ȝ
fieri poteſt: quoniam ꝙ in ꝓpoſitione vo
cali ly homo ſit ſubiectum: habet hoc ex
ꝓpõne mentali ſibi correſpõdenti.

¶ Preterea: ſic argumentor capta prima
ꝓpoſitione mẽtali: quam anima forma-
uit non mediantibus vocibus: neqꝫ ſcri-
pturis. ſit gratia exempli hec hõ eſt ani-
mal. Peto quare ly homo eſt ſubiectum
et non ly animal. Et nõ poterit dicere ꝙ
ly homo eſt ſubiectum: quia illi correſpõ
det vocalis: in qua ly homo ſit ſubiectuȝ:
ſed quia poteſt reſpondere vni vocali. Et
tunc quero: quare illa propoſitio menta
lis poteſt reſpondere huic homo eſt aĩal:
et non huic animal eſt homo: ⁊ non pote
rit dicere: niſi q2 ſignificat ſynonime cum
hac hõ eſt aĩal: ⁊ ſi queratur quare ſignifi
cat ſynonime cuȝ hac: ⁊ nõ cum alia: non
poterit aliud dicere: niſi ꝙ eſt natura ta-
lis propoſitionis: que taliter naturaliter
ſignificat ex natura terminorum: ⁊ ſic ne
ceſſario veniẽdũ eſt ad primã ſolutionē.

¶ In confirmatione tangitur bo-
na difficultas: ꝙ vcȝ requiratur ad hoc ꝙ
actus ſincatheg. ſint eiuſdē ſpeciei omit
tendo que ab alĳs dicuntur: que oĩa fere
ſunt falſa. Dico ad idẽtitatem ſpecificaȝ
actuum ſincathego. requiri: ⁊ ſufficere ꝙ

ſincathegoreu. ſint ſynonima. idẽq; et eo
dez modo adequate denotãtia ſupra ter
minos eiuſdem ſpeciei conſimilia officia
exercentia ab eiſdem notitijs producta:
ſeu a conſimilibus in ſpecie eadez officia
exercentibus: ⁊ a potentijs eiuſdem ſpe-
ciei propter primum: ſincathegoreuma-
ta nõ ſynonima: nõ ſunt eiuſdem ſpeciei:
ſicut ly omnis: ⁊ nullus propter ſecundũ
copule harũ duarum homo eſt animal: ⁊
animal eſt homo: nõ ſunt eiuſdez ſpeciei
nam altera animal de homine enunciat
et altera hominẽ de animali: propter ter-
tium actu diſtributiui harum duarũ om
nis albedo eſt qualitas: ⁊ om̃is qualitas
eſt albedo: non ſunt eiuſdem ſpeciei: naz
non exercent ſupra notitias eiuſdem ſpe
ciei eadem officio: propter vltimum etiaz
illa duo ſigna vniuerſalia non ſunt eiuſ-
dem ſpeciei: ⁊ ꝑpter idem iſte due nega-
tiones huius propoſitionis nonnullus
homo eſt animal: non ſunt eiuſdem ſpe-
ciei. nam prima partialiter a ſecũda pro-
ducitur. nam prima a toto hoc nullus ho
mo eſt animal: ⁊ ſecũda ab hoc ſolum ho
mo eſt animal: ⁊ omnia hec addimus: q:
nolumus tenere ꝑpoſitionũ eiuſdem ra
tionis alteram poſſe eſſe veram ſine alte
ra. Ex quo patet facile iſta duo ſincathe.
vniuerſalia omnis homo eſt hõ: ⁊ homo
omnis homo eſt nõ eſſe eiuſdem ſpeciei.
Si enim eſſent: ſe intẽderẽt: ⁊ eidem equi
ualerẽt. nõ enim ſunt producti illi actus
ab eiſdem notitijs catheg. eadem officia
habẽtibus. ꝑducitur nãq; primus a no-
titia ſubiecti: ⁊ copule: ⁊ notitia predicati
et ſecundus producitur a notitia predi-
cati: et copule.

¶ Et ſi ↄtra hoc arguas ad hoc ꝙ alique
notitie cathegoreumatice ſint eiuſdẽ ſpe
ciei: ſufficit ꝙ ꝑducatur ab obiectis eiuſ-
dem ſpeciei: ⁊ a potentijs eiuſdez ſpeciei:
ergo ad hoc ꝙ aliqui actus ſincathe. ſint
eiuſdem ſpeciei: ſufficit ꝙ producantur a
terminis cathego. eiuſdem ſpeciei: ⁊ a po
tentijs eiuſdẽ ſpeciei: qḋ eſt cõtra dictuz.

¶ Ad hanc replicã reſpõdeo negãdo cõſe
quentiã: nec eſt ſimile de notitia catheg.
et ſincathe. Unde diſcrimen nobis cõſtet
nõ poſſumus aliũde ſcire: nec bene reſpõ
dere aliter ꝗ̃ dicẽdo id fieri ex natura ac-
tuũ ſincathe. ⁊ ex natura notitiarũ. A po
ſteriori autẽ cognoſcimus nõ penes idez
debere attẽdi diuerſitatẽ ſpecificã actuũ
et diuerſitatẽ ſpecificã notitiarũ: quia da
to oppoſito ſequitur eandẽ ꝑpõnem mẽ
talem vltimatã eſſe verã: ⁊ falſam: qḋ re-
fugimus: ſemper deduc ſicut ſuperiꝰ du-
bio ſexto.

¶ Et ſi cõtra hec arguatur. Copule harũ
duaruz homo eſt animal: ⁊ aĩal eſt homo
ſunt eiuſdem ſpeciei: ergo male dictũ eſt:
añs ꝓbatur: cauſe a quibus producũtur:
ſunt eedem nũero: ergo effectus ſunt ad
minus eiuſdem ſpeciei. añs ꝓbatur: nam
cauſe ſunt intellectus ⁊ notitia hominuz
et notitia animalium.

¶ Ad hoc reſpõdeo negando antecedẽs:
et ad ꝓbationẽ negatur ↄña: nam calor: ⁊
lumen differũt ſpecie: ⁊ ꝑducuntur a ſole
etiam intellectus quando vnum actũ ꝓ-
ducit: nõ conatur eodem modo: aut eodẽ
modo ſe habet: ſicut quando ꝑducit aliũ
diſcrimen poteſt ꝓuenire ex parte volun
tatis imperantis diuerſimode: aut ab ex
trinſeco: aut alia cauſa ⁊c.

¶ Nunc igitur reſpõdetur ad formã ar-
gumenti negando iſtas equiualere: atq;
eidem ſubordinari omnis homo eſt hõ: ⁊
omnis homo oĩs hõ eſt et ratio eſt: q: illi
duo actus in iſta oĩs homo omnis hõ eſt
nõ ſubordinantur vni: ⁊ eidem actui: ſed
diuerſis in ſpecie: cauſa aſſignata eſt.

¶ Sed cõtra hanc ſolutionẽ arguitur. Il
le due ꝑpões ſubordinãtur eidem: ergo
male dictum eſt: ↄña eſt nota: ⁊ patet añs
qm̃ quelibet illarum ſubordinatur vni ꝓ
poſitioni: in qua ſubiectũ eſt notitia ho-
minuz: ⁊ diſtribuitur. ⁊ in qua nullũ pre-
dicatũ ponit̃ huic vez oĩs hõ eſt: ergo pro
poſitũ: añs probatur: qm̃ ſubiectũ ⁊ predi
catum ſubordinatur notitie hominũ: er-
go ſequitur intentum.

¶ Si forte reſpondeas ſubiectũ ſubordi-
nari notitie hominum: ⁊ predicatũ ſubor
dinari alteri notitie hominum.

¶ Cõtra hoc arguitur. Jlle due qualita-
tes in aĩa ſunt eiuſdem ſpeciei: ergo ſe in
tendũt: ⁊ faciunt eandez qualitatẽ: ⁊ per
cõſequens idem erit ſubiectum: ⁊ predi-
catum ⁊ ſic propoſitiones ꝑpoſite ſubor-
dinabuntur eidem.

¶ Alie ad hoc argumẽtũ fuerunt multe
reſpõſiones: quidã em̃ negãt oẽs qualita
tes eiuſdẽ ſpeciei penetratiue: et vnitiue
exñtes eidẽ ſubiecto inherẽtes ſe intẽde-

re: ſed hoc falſuz eſt: quia alique qualita-
tes eidez ſubiecto inherẽtes ſe intendũt:
vt patet de duabus partibus notitie ho
minum: ⁊ nõ eſt maior ratio de vno ꝗ̃ de
alio: ergo omnes ſe intendunt.

¶ Ad hoc dixerunt eandem notitiaz eſſe
ſubiectũ ⁊ predicatũ: eandẽq; poſſe diſtri
bui: ⁊ confundi ſimul et ſemel: ſed hoc eſt
falſum: quia tunc haberemus quod intẽ
dimus: videlicet illas duas vocales eidẽ
ſubordinari: ⁊ eandem propoſitionem ve
ram: et falſam eſſe.

¶ Alij vero dixerunt exiſtente notitia ho
minũ in anima: aduenienteq; actu vez co
pula duas medietates diſtrahi: ita ꝙ tũc
ſeparatur vna pars notitie ab alia: ⁊ vna
pars eſt ſubiectũ ⁊ alia eſt predicatũ: ſed
hoc falſum eſt. tum primo: q: ille due me
dietates ex natura ſua vniuntur: ergo ꝓ
pter aduentum actus ſincathegoreuma
tici non debent ſeparari.

¶ Preterea ſequitur ꝙ ſi ego haberez no
titiam hoim intenſam: vt. iiij. manẽte ea
dem aduertẽtia: ſolum ꝑpter aduentum
alicuius ſincatheg. remiſſius intelligere
intellectũ hoies: ↄñs eſt falſuz: ergo ⁊ opi
nio. ſequela patet: q: aduenientẽ ſincathe.
notitia hoim que erat: vt. iiij. diſtrahitur
in duas partes: quarũ queliaz eſt: vt duo
ergo intellectus remiſſius intelligit.

¶ Si forte dicas ꝙ bene intelligit remiſ-
ſius. i. per remiſſionem notitiaz: ſed non
remiſſiꝰ. i. per notitias paucioꝝ graduũ:
hoc nihil eſt: qm̃ intenſio non attenditur
penes multitudinẽ graduũ: ſed attendi-
tur penes multitudinez graduum pene-
tratiue: ⁊ vnitiue ſe habentium.

¶ Tum preterea: ille due partes notitia
rum ſunt in eodem ſubiecto adequato: et
ſunt eiuſdez ſpeciei ergo ſe intendũt: nec
valet dicere eſſe impedimentuz ex parte
copule: quia querenda eſt actiuitas copu
le quõ agat: ⁊ quõ impedire poſſet.

¶ Preterea nõ eſt maius incõueniens ꝙ
copula adueniẽs diſiungat duas medie-
tates notitie: ꝗ̃ duas quartas: ergo ſi ſe-
parat duas ꝑtes: ſeparabit oẽs. Preterea
quia vnq̃ vidit duas notitias hoim eiuſ
dem ſpeciei nõ faciẽtes vnã: cũ nãq; intel
lectus vnaz producit: quo conatu alterã
ꝑducet: nõne eodem quo aliam cõſeruat
quoue intẽdet: nõne illo conatu precedẽ-
te: cur non producet nouam.

¶ Alius qui hũc impugnat: reſpõdet ali-
ter dicens: poſſibile fore duas qualitates
eiuſdem ſpeciei eſſe in anima: ⁊ nõ cõſti-
tuere vnũ: hoc eſt nõ ſe intendere: ſed hoc
dicit poſſe fieri ex parte intellectus: et nõ
parte copule: nec alicuiꝰ actus. Unde di-
cit ꝙ queadmodũ deus duabus albedini
bus exñtibus penetratiue in eodẽ ſubie
cto: põt impedire earundẽ vnionẽ: ſic in-
tellectus duabus notitijs eiuſdẽ ſpeciei
exiſtẽtibus in ipſo: poteſt impedire ean-
dem vnionẽ: vel cõcurrere ad eandẽ vnio
nem. Sed hoc videtur magis impoſſibi-
le: ꝗ̃ ꝙ precedẽs dixit. Queritur enim ab
eo quid requiritur ad hoc ꝙ intellectus
concurrat ad vnionem duarum partiuz
nominataruz. Si dicas ꝙ partes notitie
vniri ꝓuenit ex parte voluntatis vez ꝙ
oportet ꝙ voluntas velit.

¶ Contra hoc arguitur. Sequeretur in-
tellectum nunq̃ poſſe producere notitiã
quin haberet multas volitiones. Conſe-
quens eſt contra experientiam: ergo an-
tecedens non eſt verum. Sequela proba-
tur intellectus nõ poteſt producere vnaz
notitiam quin producat multas partes
illius ſe intendentes: quia quelibet noti
tia eſt alicuius intentionis. Et ex dictis
ille partes non poſſunt ſe intendere: niſi
per imperium voluntatis: ergo neceſſuz
eſt ad productionez cuiuſq; notitie impe
rium voluntatis adeſſe: ⁊ per conſequẽs
volitionem eſſe. Preterea: in brutis noti-
tie partes ſe intendunt: ⁊ non concurrit
imperiũ voluntatis. Ergo ⁊c.

¶ Forſaſſe rñdebis ad hoc ꝙ due ꝑtes no
titie ſe intendant: nõ requiri imperiũ vo-
luntatis poſitiuum: ſed imperium volũ-
tatis priuatiuum: ſiue permiſſiuum. Jta
ꝙ hoc ꝙ aliqũe due partes ſe intendant:
ſufficit voluntatez non velle illas diſtra-
hi: ⁊ non vniri. Sed ad hoc ꝙ due partes
non vniantur: requiritur voluntatẽ velle
illas duas partes non vniri.

¶ Contra hanc ſolutionẽ arguit̃. Seque
retur intellectũ nunq̃ poſſe ꝑducere hãc
propõnem homo eſt homo: quin haberet
actualez volitionẽ: ſed hoc eſt cõtra expe
rientiã: ergo ſolutio nulla. Sequela ptz:
nõ põt haberi hec ꝑpoſitio hõ eſt hõ par-
tibus notitie hoim vez ſubiecto ⁊ ꝑdica-
to vnitis. Sed ad hoc ꝙ ille due ꝑtes nõ
vniantur: requirit̃ volitio: g̃ nõ põt habe

ri illa propoſitio ſine volitione: quod impoſſibile eſt.

¶Quare his opinionibus dimiſſis lōge aliter dicendum eſſe puto: vez huius propoſitionis homo eſt hō: ſubiectum ⁊ predicatum ſe intendere: ⁊ vnam notitiā facere videlicet notitiam totalem hominū nec inde inferre valebis intellectum intēſius cognoſcere homines: quando habet hanc propoſitionem homo eſt hō: q̄ quādo habet notitiam ſolam hoim quia imaginor partem vnam notitie hominū gratia exempli: medietatem fore ſubiectum: et alteram partem fore predicatum notitia totali eandem intenſionem habente q̄ antequa adueniret copula habebat.

¶Et ſi cōtra hoc arguas. Sequitur hāc propoſitionem homo eſt hō: huic ſubordinari homo eſt: ſed hoc eſt falſuz: igitur ſequela patet: quia tam ſubiectū q̄ predicatum ſubordinatur notitie hominū: ſed falſitas cōſequētis patet: quia tunc due ꝓpōnes nō ſynonime eidem ſubordinarentur: quod eſt impoſſibile: hoc declarat de his homo eſt: ⁊ homo eſt homo.

¶Ad hoc reſpōdetur diſtinguēdo ꝙ hec ꝓpoſitio homo eſt hō: ſubordinatur huic mentali homo eſt: quia vel in hac mentali homo eſt notitia totalis hoim: eſt ſubiectum: ⁊ predicatū eſt ly ens: ſiue illa copula eſt: ⁊ ſic negandum eſt: ſed hec mentalis reſpondet huic vocali homo eſt. Si autem in iſta mētali homo eſt notitia totalis hominū: nō ſit ſubiectū: ſed vna medietas ſit ſubiectum: ⁊ alia predicatū: tūc concedo ꝙ illi ſubordinatur hec vocalis homo eſt homo: nec ſincathegoreumata in propoſitionibus: quibus iſte due vocales homo eſt: ⁊ homo eſt hō: ſubordinantur: ſunt eiuſdem ſpeciei.

¶Simili modo ſolues argumentū quoddam qd poſſet fieri ad ꝓbādū iſtas duas vocales nō hō eſt hō: et non homo eſt eidem ſubordinari.

¶Dicendū namq̄ eſt hanc ꝓpoſitionez: nō homo eſt hō: ſubordinari huic non hō eſt: in qua negatio illa nō infinitat totaz notitiā hoim: ſed ſolū medietatē notitie: et aggregatū ex illa medietate cū negatione eſt ſubiectum. Et altera medietas eſt predicatuz. ⁊ ſic clare cōſtat falſaz eſſe in illo ſenſu. Et ſimili modo reſpōdendū eſt ad formā argumenti: ſicut rn̄ſum eſt.

¶Et ad replicā: nego has duas ꝓpōnes homo omnis hō eſt: ⁊ ois homo eſt hō eidem ſubordinari. et qn̄ id probas: qꝛ termini cathe. ſunt idem: ⁊ ſincathe. eadem ꝓpoſitionum: quibus ille ſubordinantur ergo eidem ſubordinantur.

¶Reſpondeo negando ꝙ ſincathegoreumata ſint eadem: ⁊ ad ꝓbationez: qua ſic probas: quia illa ſincathe. ab eiſdem notitijs nūero ꝓducūtur: id nego: quāuis ex illo (vt patet ex dictis) nō ſequitur quod infers. Et quando id probas: quia ille notitie ſe intendunt: ergo faciunt vnam: et per cōſequens ſincathegoreuma agens in vnam: aget in aliam.

¶Ad hoc reſpōdeo cōcedendo ꝙ notitia ſubiecti: ⁊ predicati vtriuſq̄ ſe intendunt immo notitia cōpoſita eſt ſubiecto ⁊ predicato vnius eſt eadem cum notitia compoſita ex ſubiecto et p̄dicato alteriꝰ. Sed nullum illorum ſignorum agit in totam notitiam. Sed in propoſitione mentali: cui hec ſubordinātur: homo ois homo eſt medietas notitie hominū eſt ſubiectuz: et in eā medietatē illō ſignū ois nō agit. Sed ſecundā medietatē que eſt predicatum illud ſignum ois diſtribuit: ſed in propoſitione mentali: cui ſubordinatur hec: omnis homo eſt hō. Prima medietas notitie que eſt ſubiectū: diſtribuitur: ⁊ ſecunda que eſt predicatū: cōfunditur ab eodē ſigno diſtributiuo. ⁊ ſic patet in illis duabus mentalibus actus nō eſt eſſe eiuſdē ſpeciei: poſtq̄ actus diſtributiuus vnius in ſolum predicatū agit: ⁊ actus diſtributiuus alterius in ſubiectum ⁊ predicatū.

¶Et ſi queras quare eſt ꝙ iſta copula eſt in mentali: cui hec homo eſt hō: ſubordinatur vnit primā medietatē cum ſecūda medietate: ⁊ illō ſignū ois diſtribuit vnā medietatem: ⁊ nō duas tertias illius notitie. Reſponſio eſt in promptu dicēdo ꝙ eſt ex natura actus.

¶Et ſi inferas: adhuc illas duas homo omnis homo eſt: et omnis homo eſt homo: huic ſubordinari: omnis hō eſt. Diſtingue vt ſupra. Et per hoc facile dices cui ſubordinatur hoc copulatum homo: et homo: et hoc diſiunctum homo: vel homo. Nam copulatuz ſubordinatur copulato: cuius prima medietas notitie hominum coniungitur cum ſecunda medietate notitie hominum per coniunctionem

illam: et proportionabiliter ad ſimilia argumenta dicēs: ad que credo: non tenendo equiuocationē in anima reperiri non poſſe rectius reſponderi.

¶Sed contra hoc arguit̄ ſequitur ex his ꝙ copulatū hoc ſortes ⁊ plato non ſubordinatur vni copulato cuius vna pars eſt notitia ſortis ⁊ altera notitia platonis. Sed hoc eſt falſum: ergo propoſitū: ſeqla probatur: nā illud copulatū non ſubordinatur ſecundum dicta: niſi vni cuius medietas notitie ſortis ⁊ platonis connectitur alteri: nā ille due notitie ſortis ⁊ platonis vnam componunt notitiam ex eodem fundamēto: quo probas duas medietates notitie hois vnā facere: nā cum notitia ſortis ⁊ notitia platonis ſint eiuſdē ſpeciei: ⁊ eidē ſubiecto adequato inherētes. ſeqnit̄ illas notitias vnā ꝯponere.

¶Ad hoc argumentum opinio fere omnium eſt notitiam ſortis ⁊ platonis facere vnum ens ſiue vnam qualitatem: non tn̄ vnam noticiaz: ⁊ hoc propter argumētum ſcōm quos neſcio quomō reſpondēdum eſſet ad argumentum. Unde volo oſtendere opinionem hanc falſaz eſſe: tenentem ſortis ⁊ platonis notitiā ſe intēdere in genere q̄litatis. Argumentor ſic. Sequitur me nō poſſe illis notitijs exn̄tibus remiſſius aduertere circa ſortez aut remiſſius intelligere ſortem: quin remiſſius cognoſcam platonem quod eſt impoſſibile. Sequela probatur: naz ſi remiſſius cognoſcam ſortem: tunc aliqua ps notitie ſortis corrumpitur: ergo aliqua pars illius qualitatis: que eſt notitia ſortis et platonis corrumpitur. Ad ea eſt cōpoſitum ex parte notitie ſortis et platonis: quia aliter non ſe intēderet pars notitie ſortis cum parte notitie platonis. ergo remiſſius cognoſcitur plato.

¶Item quis vnq̄ vidit qualitates ſe intendentes eque intēſas: vnamq̄ ab vno dependere ⁊ alteram ab alio. plures rationes ad hec adducerē: niſi quia hec ſufficiunt: et materia non eſt pertinēs: quare ergo ad argumentum reſpōdeo negādo ſequelam ad probationez nego ꝙ notitie ſortis ⁊ platonis: q̄uis ſint eiuſdem ſpeciei oporteret ꝙ ſe intendant. vnde ad hoc ꝙ due qualitates ſpirituales ſe intendant non ſufficit ꝙ ſint eiuſdem ſpeciei: ſed oportet adhuc ꝙ ſint ſynonime.

¶Et ſi arguas prius natura eſt duas notitias ſe intēdere q̄ ꝙ ſint ſynonime: nā inq̄tū qualitates ſe intendūt: ergo notitie non ſe intendunt: quia ſunt ſynonime.

¶Ad hoc concedo ꝙ infertur: nō eñ volo dicere ꝙ cauſa quare due notitie ſe intendūt: eſt quia ſunt ſynonime. Sed dico ꝙ omnes ſynonime ⁊ eiuſdē ſpeciei ſe intēdūt. Et ſi queras vnde id cognoſco ad hoc rn̄deo ꝙ ſicut in alijs qualitatibꝰ cognoſcimꝰ ꝙ omnes qualitates que eiuſdē ſpeciei ſunt: atq̄ ab eadez cauſa: ſunt apte nate produci ſe intendūt. ita cognoſcimus ꝙ notitie que ſunt eiuſdē ſpeciei ⁊ ab eiſdē cauſis: numero ſint apte nate produci: ab eiſdēq̄ ſunt apte nate conſeruari: ſe intendunt ita ꝙ ab eadem cauſa dependere: ſeu ad idē obiectū terminari eſt cauſa quare aliqūe qualitates ſpirituales ſe intendunt.

¶Sed occaſione dubij decimiſexti arguitur contra dicta. nullum ſignuz ſignificat aliqualiter: ergo dicta hactenꝰ nulla: an̄s probat̄: ſi aliquod ſignificaret aliqualiter maxime eſſet ly ois: ſed ly omnis ſignificat aliqualiter: ergo ⁊c. Minor ꝓbatur: ſi ſignificaret aliqualiter: vt puta diſtributiue maxime eēt: ideo quia faceret illum terminum homo aliter teneri q̄ antea accipiebatur. Sed hoc non facit: ergo nō ſignificat aliqualiter. Probatur minor: reliqua nota ſunt: ſi aliter faceret illū terminū homo in hac ꝓpoſitione ois hō eſt aial teneri vel hoc eſſet quo ad ſignificationē vel ſuppōnem vel acceptionē non quo ad primū vt patet nec q̄ ad ſcōm: quia pōt ille terminus hō non ſupponere nec quo ad acceptionē: nā id eſſet: qꝛ facit illū terminū accipi copulatiue quō antea non accipiebat̄: ſed hoc nō nam ille terminus an̄ hoc in hac homo ē aial. ꝓ quolibet ſuo ſuppoſito accipiebat̄ ſicut adueniente etiā ſigno ois: quia an̄s ꝓ aliquo ſuo ſuppoſito accipiebat̄: ⁊ non eſt maior ratio ꝙ pro vno q̄ pro alio: ergo pro quolibet.

¶Ad hoc argumētū dices ſicut dicendū eſt negando an̄s: ⁊ ad ꝓbationē negabis minorē: ⁊ ad ꝓbationē nego minorem: et qn̄ probas qꝛ vel hoc eſſet quo ad ſignifi. ⁊c. dico ꝙ quo ad vltimum puta quo ad

acceptionē videlicet quia antea nõ tenebatur vñ accipi copulatiue terminū non eſt ipm̄ accipi ꝓ quolibet ſuo ſuppoſito: nã eo modo quilibet acciperetᷣ copulatiue: ſed accipi copulatiue terminū eſt ipꝫ ſic accipi: vt ratione talis acceptionis ad veritatē ꝓpoſitionis in qua ponitur: requiritur cuiuſcꝫ aſcendētis; veritas aut ratione alicuius termini denotatur ꝙ ꝓpõ nõ põt reddi vᷓa: niſi pro quolibet ſuo ſuppoſito grã exēpli. In hac ꝓpõne hõ eſt albus denotatur p̄dicatū ꝯpetere ſubiecto pro aliquo ſuppoſito: ita ꝙ ad veritatem illiꝰ ſufficit: ſed aduertēte ly oīs denotaꝛ cuilibet ſuppoſito ſubiecti aliquid predicati competere idcꝫ ad veritatem illius propoſitionis requiritur hoc ſignificare diſtributiue huius ſigni omnis.

¶ Sed cõtra hoc arguitur ſi ſignificatio de ly omnis eſſet diſtribuere ſeu denotare terminū cui additur accipi pro ſuis ſignificatis copulatiue ſequitur ꝙ hec eēt falſa oīs homo eſt aīal: nã pro antixpõ p̄dicatum denotatur cõpetere ſubiecto: q2 ſignificatum eſt huius termini homo.

¶ Ad hoc tamen dabis ꝙ nõ diſtribuiꝛ ille terminus hõ pro omnibus ſuis ſignificatis: ſed ſolum ꝓ correſpõdētibꝰ copule ꝓpõnis in qua ponitur.

¶ Contra hoc arguitur ſignificatio q2 ly oīs ſignificat aliqualiter nõ eſt diſtribuere: ergo propoſitum. antecedens probaꝛ. ſtat illū terminū omnis eſſe in mente: et non diſtribuere: ergo ſignificatio naturalis eius non eſt diſtribuere. antecedens patet in hac propoſitione non omnis homo eſt animal ly omnis non diſtribuit.

¶ Forte reſpondebis ſicut vulgo reſpondetur ſignificatuꝫ de ly omnis non forte diſtribuere: ſed qñcꝫ diſtribuere: qñcꝫ cõfundere ⁊ quandocꝫ impedire.

¶ Sed contra arguitur ſequeretur ꝙ aliquis terminus mentalis caderet a ſua ſignificatione: ſed hoc eſt falſum: ergo ⁊ reſponſio: ſequela patet de hoc ſigno oīs: quod in hac propoſitione homo eſt animal diſtribuit: ⁊ in hac propoſitione non omnis homo eſt animal non amplius diſtribuit.

¶ Rñdebis fortaſſe ſicut cõiter rñdeꝛ negãdo ꝙ aliquis terminꝰ poſſet cadere a ſua ſignificatiõe diſtribuaꝛ: ſꝫ ꝯcedes terminos mētales ab aliq̄ ſua ſig̃tiõe cadere.

¶ Contra hanc ſolutionem arguitur ſequeretur ꝙ ly omnis non poſſit eſſe in mente ⁊ habere omnes ſuas ſignificationes ſimul: hoc ſic patet in hac propoſitione omnis homo eſt animal. ly omnis nõ impedit. Et in hac propoſitione non oīs homo eſt animal / illud ſignum oīs nõ diſtribuit nec confundit: ergo nunq̄ poteſt habere ſuas ſignificationes ſimul.

¶ Preterea ſic arguitur: quelibet ſignificatio eius tam diſtributiua q̄ꝫ confuſiua eſt naturalis illi ſigno omnis ⁊ illud qð eſt naturale alicui non poteſt ab ipſo tolli: ergo illud ſignum non poteſt eſſe ſine hoc qð diſtribuat.

¶ Ad hoc reſponderi poteſt negando ꝙ in hac propoſitione nõ omnis homo eſt animal. ly omnis non diſtribuat ⁊ q̄ꝫuis ille terminus homo non diſtribuatur in ordine ad totam propoſitioneꝫ diſtribuitur tamen in ordine ad partem videlicet in ordīe ad iſtã oīs homo ē aīal. Ex quo correlarie poteris inferre eundem terminum ⁊ diſtribui poſſe ⁊ confundi ſimul ⁊ ſemel: ſimiꝉr ⁊ diſtribui ⁊ ſupponere determinate: ſed hoc eſt reſpectu diuerſarū propoſitionum.

¶ Contra hoc adhuc arguas ſequeretur ꝙ terminus mentalis ab aliqua ſua ſignificatione naturali poſſet cadere: hoc ſic patet: nam in hac propoſitione nõ oīs homo eſt animal ly omnis ſignificat impeditiue ſiue impedit: ⁊ in hac omnis homo eſt animal nõ amplius impedit: nec in ordine ad totam nec in ordine ad partem: ergo propoſitum.

¶ Ad hoc poterit reſpõderi ꝙ duplex eſt ſignificatio termini mētalis. quedã eſt ſignificatio reſpectiua ⁊ quedaꝫ abſoluta ſignificationem reſpectiuam vocant cõmuniter loquentes ſignificationē nõ cõſurgentem niſi ratione alicuius alterius termini. ſic ꝙ poſito illo termīo tal' ſig̃tio conſurgit ⁊ nõ poſito tollitur ſicut poſtmodū diceꝛ de iſta ꝓpõne hõ ymagiarie eſt aſinus in qua cõiter loquētes cõcederēt illū terminū hõ oēs aſinos ſig̃re reſpectiue. Alia eſt ſignificatio termini mētal' abſoluta: eſtcꝫ illa quã terminꝰ ex ſe hꝫ. Võ rñderēt terminū mētalē a ſua ſig̃tione reſpectiua bñ poſſe cadere: ⁊ ſic nõ eſt inconueniens cõcedere ꝙ ly omnis a ſua ſignificatione que impedit cadere: quia talis reſpectiua eſt: q2 illam habet ratione alterius termini videlicet negationis poſita enim negatione ly omnis impedit at ipſa depoſita nõ amplius impedit: ergo reſpectiua eſt ea ſignificatio a q̄ conceditur terminos mentales poſſe cadere.

¶ Sed contra hanc ſolutioneꝫ arguitur ſi dicta eſſent vera: ſequeretur ꝙ non poſſet dari aliquis terminus complexus ex actu diſtributiuo ⁊ termīo cathego. ſicut ly omnis hõ: ſed hoc eſt falſum: ergo propoſitum: falſitas conſequentis patet: q2 poteſt eſſe totale extremum huius propoſitionis ſortes eſt omnis homo: ergo poteſt eſſe ſine copula poſtq̄ꝫ copula ipm̄ preſupponit: ⁊ per conſequens talis terminus poteſt per ſe exiſtere: ſed ſequela probatur. ſi tale complexuꝫ videlicet omnis homo daretur per ſe exiſtens ⁊ extra ꝓpoſitionē: ſequeretur ꝙ ly omnis caderet ab omni ſua ſignificatione: quoniam non amplius diſtribuit nec ꝯfundit: nec impedit poſtq̄ꝫ eſt extra propoſitionem. ⁊ per conſequens poteſt cadere a totali ſignificatione quod erat probandum.

¶ Ad hoc argumentū aliqui reſpondent ſincathe. omnis non poſſe inueniri extra ꝓpoſitionē q̄ꝫadmodū nec ly non homo: ſed dicunt hoc totum oīs homo ſubordinari vni termino incõplexo ſignificãti de materiali omnē hominem connotando ꝙ ſit vnus tantū ac proportionaliter dicerent de ly non homo cuius ratio eſt: quia non poteſt ſincathe. inueniri extra ꝓpõnē: quia ſig̃tio ſincathego. eſt ſignificare aliqualiter at ſignificare aliqualiter non eſt niſi denotare terminum cui additur aliqualiter accipi qualiter ante non accipiebatur: ſed hoc non poteſt fieri extra propoſitionē quum nihil poſſit extra propoſitionem accipi: ergo nullum ſincathe. inuenitur extra propoſitionem et ꝑ conſequens: nec hoc totuꝫ omnis homo: nec ly non homo: ſed hec ratio prior non eſt magne apparentie: quia manifeſtum eſt multa ſignificata inueniri extra propoſitionem queadmodū iſtud copulatū ſortes ⁊ plato ⁊ hoc diſiunctū ſortes vel pla. ⁊ ꝯditionata ſm̄ cões ⁊ copula implicationis: ⁊ hoc totū iſte nõ ⁊ hoc totū aliq̄s hõ de q̄bus oībus ꝯcedēdū eſt includi aliquod ſincathegoreuma. Quare igitur reſpondeo hoc totum omnis homo inueniri extra propoſitionem: ⁊ ad argumentum quo probatur eſſe falſuꝫ. reſpondet quidam dicens ꝙ ly homo diſtribuitur adhuc extra ꝓpõnem: ⁊ non ſupponit diſtributiue: nec propterea ſequitur ſub illo termino licere aſcendere vel deſcendere: q2 non poniꝛ in propoſitione. Et ex diffinitione aſcenſus patet ſub nullo termino eſſe aſcendēdū niſi ſub termino poſito in propoſitione.

¶ Et ſi contra hoc arguas bene ſequitur ille terminus homo diſtribuitur: ergo intellectus denotat accipi illuꝫ terminum homo pro ſuis ſignificatis copulatiue: ſꝫ hoc eſt impoſſibile: quia nõ accipitur: ergo propoſitum.

¶ Ad hoc vno modo poteſt reſpõderi negando conſequentiam. Unde ſignum diſtribuere non eſt id quod dictum eſt: ſed eſt ſignum eſſe aptum natum ad faciendum intellectum terminum accipere ꝓ ſuis ſignificatis copulatiue: ⁊ hoc fiet quando ponetur in propoſitione.

¶ Aliter poſſet reſponderi ad argumentuꝫ in principio factū dicēdo ſignificationē illius ſigni omnis nõ eſſe diſtribuere: ſed eē ſignificare diſtributiue. Similiter nõ eſſe impedire: ſed ſignificare impeditiue: ⁊ iſto modo nullus terminus mentalis ſincathegoreumaticus ab aliqua ſua ſignificatiõe poteſt cadere ſiue ea fuerit abſoluta ſiue reſpectiua. Et ſi queras qd̄ eſt ſignificare diſtributiue nõ eſt aliud q̄ꝫ ſignum aliquod additum alicui termino eſſe aptum natum ſiue immutare intellectum ad aliqualiter intelligendum: videlicet copulatiue ſignificata per taleꝫ terminum cui additur qualiter intellectus antea non intelligebat.

¶ Poſſet etiam aliter dicere ly oīs ſemper diſtribuere: et in hac non omnis homo eſt animal: nam in ordine ad parteꝫ diſtribuit: et quãuis ly omnis non exerceat officium in ordine ad totam non eſt propterea dicendum cadere a ſua ſignificatione aut impeditiue ſignificare: ſed ſolum a ſuo actuali officio ſuſpendi quemadmodum de agētibus naturalibus habentibus impedimentum diceres.

¶ Sed cõtra hoc arguiꝛ ſi ly oīs ſignificaret diſtributiue ⁊ ꝯfuſe ⁊ ipeditiue

ſequeretur ly oīs eſſe terminū equiuocū ſed hoc eſt falſum. nā in mente vltimata nō reperitur equocatio: ergo dicta nulla. Sequela ꝓbaṫ nā ly oīs habet tres ſignificatiões nullo pacto inter ſe cōuenientes magis q̄ ſidus celeſte ⁊ canis latrabilis.

¶ Hic inquiritur decimaſeptima difficultas q̄ erat. vtrum equiuocatio in mente vltimata reperiatur ⁊ hactenus ſemper ſuppoſuimus non inueniri: ideo primo vidēdū eſt de q̄ſito ⁊ deinde de ſincathegoreumatis an ſit equiuoca vel vniuoca dicetur.

¶ Fuit poſito quandoq; cōis aliquoꝝ ponentiū in mēte vltimata equiuocationez nō ſolū ex parte cathegoreu. noticiaruz verum ex parte ſincathe. que poſito quo ad noticias cathe. falſa ē. vnde ſic arguo non poteſt dari vnus terminus mentalis ſynonimus cum hoc termino vocali canis: ergo non poteſt dari noticia cathegoreumatica equiuoca: cōſequentia pz: q: non eſt maior ratio de vno q̄ de alio. antecedens probatur: ly canis ſignificat canem latrabilē ⁊ piſcem marinū non cōnotatiue: ſed abſolute. Sed nō poteſt dari noticia abſoluta idē ꝑciſe repreſentās aut connotatiua habens eandē cōnotationem q̄ ly canis: ergo propoſitū: maior probatur quoad primū ꝯmune eſt principium nominaliū omnem conceptū abſolutū abſtractū eſſe ab aliqua conueniētia eſſentiali talemq; cōceptum repreſentare omnia illa inter que talis conueniētia reperiri poteſt ⁊ ſolū illa: ſed non poteſt dari aliqua eſſentialis conuenientia reperta inter canem latrabilē ⁊ ſidus celeſte quin illa inter oīa corpora aut ſaltē inter oīa aīalia reperiaṫ: ergo nō pōt dari conceptus abſolutus ſolum repreſentās canem latrabilem ⁊ ſidus celeſte non repreſentans alia. Et cōſimili ratione probabis non poſſe dari conceptum connotatiuum ſolū illa repreſentantē eodē mō connotātē ſicut ly canis naz non poterit reperiri inter illa duo ꝯueniētia accidētalis a qua fuerit abſtracta taľ notitia q̄n inter alia conſimilis reperiri poſſet.

¶ Notanter addidi non poſſe reperiri cōceptum ſolum illa repreſentantem eodē modo connotantem quia in ſyllogiſmis tenui poſſe dari conceptum repreſentantem canem latrabilem ⁊ ſidus celeſte: et aliud connotantē conceptū puta ſignificantē de materiali illa cōnotando ꝙ repreſentenṫ per diſiunctum mentale compoſitū ex duabus notitijs quarū altera ſolum ſignificet canes latrabiles: ⁊ altera ſolum ſidera celeſtia: ſed hic terminus canis in voce. Si placet eum connotatiuum ponere non habet illam cōnotationē: nam ſi illam haberet non poneretur equiuocus: nā vnus cōceptus poteſt dari illa repreſentans conſimili modo connotās. Ex hoc igiṫ relinquo nō poſſe terminū equocū cathegoreumaticū inueniri.

¶ Sed nonnulli ſincathegoreuma equiuocum in mente poſuerunt neſciētes ſoluere rationē illam Gregorij qua nitebaṫ probare hanc oīs albedo eſt qualitas fore hanc omnis qualitas eſt albedo: cū enim ponerēt hanc oīs albedo eſt qualitas compoſitā ⁊ argumēto Gregorij ad partē affirmatiuā queſtionis in principio facto apparebat illis probari illā propoſitionem eſſe veram ⁊ falſam concedebant illā eſſe verā ⁊ falſam: quare equiuocam (ſcd̄m nāq; eandē ſignificationē non poteſt aliqua propoſitio eſſe vera ⁊ falſa) et non erat equiuoca ratione illius termini albedo: nec ratione ꝑdicati: nec ratiōe copule inferebant (vt reor) ex hoc equiuocationem prouenire ratione illius ſigni omnis: quare ſincathegoreuma illud equiuocum eſt ratio hec decipiebat eos: que ſoluta eſt dubio quartodecimo: patet igitur ex falſo fundamento opinionem hāc ortum habuiſſe.

¶ Contra quā (et ſi multi valde probabilē exiſtiment) apparet mihi hoc argumētum fore bonuz: Arguo ergo ſic: ſequitur ex hac opinioni eundē aſcenſum erroz ⁊ euidētiā eſſe: quod eſt impoſſibile. ſequela probatur. aſſenſus quo quis huic mentali adheret omnis albedo poteſt eſſe qualitas quā ipi neceſſariā ⁊ ipoſſibilē aſtruent eſt euidētia: ⁊ ꝙ ſit error ꝓbo: intellectus taliter indicat mediante aliquo aſſenſu qualiter per apphēſiuā cuiꝰ ille eſt aſſenſus apphēdit ſeu ſignificaṫ: ſed per apprehenſiuam illā ſignificatur ⁊ intellectus apprehendit falſum: immo impoſſibile. Nā concedis apphenſiuā illā impoſſibilē fore: q: apphendit idē quod per hanc oīs qualiter poſſibiliter eſt albedo. Nam ſunt eedem: ergo propoſitum.

¶ Hoc confirmatur apparentiori argumento aſſenſum propoſitionis per ſe note ſolum ab apprehenſiua terminoꝝ produci: cōſenſus ē omniū. Capio ergo hāc apprehenſiuam ſi equalibus equalia demuntur remanentia ſunt equalia: aut ſi mauis hāc que etiā eſt per ſe nota ſi a: ⁊ b: ſunt equalia vni tertio a: ⁊ b: ſūt equalia inter ſe ⁊ manifeſtuz eſt. Secundum hactenus dicta quācūq; harum neceſſariā eſſe ⁊ etiam impoſſibilem: nā hec vltima eſt hec ſi a: ⁊ b: ſunt equalia inter ſe a: ⁊ b ſunt equalia vni tertio: ⁊ hec nō eſt bona conſequentia quare impoſſibilis eſt: ꝙ autem ſit illa patet eadez rōne qua cōcedebaṫ hāc mentalem oīs albedo eſt qualitas fore hāc oīs qualitas eſt albedo: tunc arguiṫ: ſi hec apprehenſiua ſi a: ⁊ b: ſunt equalia vni tertio ſūt equalia inter ſe eſt ꝑ ſe nota: ergo termini eiꝰ immediate producūt aſſenſum euidētē: eſt autē aſſenſus ille productus a propoſitiōe impoſſibili puta ab illis terminis qui etiā ſunt propoſitio ipoſſibilis: ergo ille aſſenſus quo propoſitio per ſe note aſſentimus eſt error.

¶ Aut facilius ſic ſequiṫ hāc mentalē ſi a: ⁊ c: ſunt equalia inter ſe a: ⁊ c: ſūt equalia vni tertio eſſe per ſe notā ipſāq; immediate producere aſſenſum ſui: qđ impoſſibile eſt. nā taliter aſſentiēdo poſſuz decipi: ſequela ſic probaṫ. nā hec ſi a: ⁊ c: ſunt equalia vni tertio a: ⁊ c: ſunt equalia inter ſe eſt per ſe nota ⁊ termini eius producunt aſſenſum ⁊ concedis hanc fore illaz terminoſq; huius fore terminos illius: ergo illa prius aſſumpta ꝑ ſe nota eundēq; aſſenſum produci quem hec.

¶ Et ex hoc pz nō poſſe habere aſſenſuz euidētē illius ꝓpoſitiōis ꝑ ſe note quin illo aſſenſu decipiat. nec nō me nō poſſe habere illius aſſenſum euidentem quin eiuſdē habeam errorem: hec credo ſufficiunt ad hanc improbandam opinionē ⁊ maxime: q: rationes quas hec opinio pro ſe adducit ſunt debiles.

¶ Unde ſi arguunt cōtra opinionē cōmuniorē daṫ in voce vnus terminꝰ equiuocus: ergo ⁊ in mente. nō eſt enim ratio quare in voce inueniatur equiuocatio ⁊ non in mente.

¶ Itē datur vnus terminus mētalis ſignificās illud quod ly canis puta ly ens aut vnus ſynonimus cuz ly canis: ergo datur aliquis equiuocus in mēte: conſequentia patet. naz ſi ly canis in voce eſt equiuocꝰ terminus ſibi ſynonimus mētalis equiuocus erit.

¶ Secūdo arguiṫ capta hac mentali homines ſunt aſini vľ homines: ⁊ aſini ſūt aſini in poteſtate intellectus eſt capere ly vel pro coniunctione principali aut ly ⁊: ſed ſi capiat ly vel eſt falſa ⁊ ly ⁊ ē vera ergo equiuoca eſt illa propoſitio.

¶ Tertio arguo: huius mentalis homo eſt animal in poteſtate intellectus ē capere materialiter extrema: et ſic in vno ſenſu eſt vera ⁊ in alio eſt falſa: ergo illa propoſitio mentalis eſt equiuoca.

¶ Ad hec facillimū eſt reſpondere ad primū data eſt rō quare in mēte nō pōt dari equiuocatio argumēto primo contra ponētes equiuocationē: nā illa eſt ratio in voce autē contingit. nā cū ad placitū termini ſignificēt pōt idē terminus multas habere ſignificationes quas nō poteſt vnus cōceptus incōplexus habere.

¶ Ad aliud diſtinguo vel ꝙ detur vnus terminus adequate ſignificās idē quod ly canis ⁊ ꝑciſe et hoc impoſſibile eſt: vt probatū eſt argumēto primo aut nō preciſe ⁊ hoc eſt verū: nam ly ſubſtantia ⁊c.

¶ Ad ſecūdū nego ꝙ in poteſtate intellectus ſit capere ly vel aut ly ⁊ pro copula principali: ſed ex natura actuum vñ ſi ly vel ſolū coniūgat ly aſini cū ly homines ab eiſq; tantū producaṫ tūc ly et copula eſt principalis ꝓducta ab illis duabꝰ propoſitionibus. nec pōt iā ly vel ꝯiungere illas duas ꝓpoſitiones eſſeq; cōiunctio principalis. Nā eſt vnum notum ⁊ ſuperius ꝓbatū ꝙ actus q̄ aliquos terminos determinat nō pōt alios vnire. At vero ſi ly vel eſſet cōiunctio principalis eſſet vna alia propoſitio: ⁊ non poſſe ly vel nō eſſe coniungens principale.

¶ Ad vltimū nego antecedēs: ſz de hoc vltimo dubio ageṫ relinquiṫ ergo rationes nō cōcludere: quare tenemus nullā equiuocationē inueniri in mēte nullāq; vltimatā propoſitionem verā et falſam ſemper intelligo in mēte vltimata: q: cōceptus non vltimati voces ſequuntur.

¶ Nūc aūt redeo ad id quod aſſumpſeram de hoc actu omnis ad probandū ꝙ

eſſet equiuocus arguebatur. Nāq; ſi ly oīs habet tres ſignificationes nullo pacto conuenientes: ergo equiuocus eſt.

¶Forte dices me nihil ꝓbare: q: eſt implicatio ꝙ ſit terminus equiuocꝰ in mēte. nā ꝓbaturus ſuz qđ ſubordinētur diuerſis ꝯceptibus ⁊c. hoc autē non poteſt eſſe: quia terminus mentalis eſt.

¶Hec ſolutio non ſatiſfacit vnde quero diffinitionē huius termini equiuocū in mente: vt ad minus vni male reſpondēti poſſem probare aliquem terminū eſſe equiuocū in mente ꝗuis enim chimera non poteſt eſſe illi termino diffinitionez quid nominis aſſignamus ⁊ Ariſto. iiij. Phiſicoꝝ ꝗuis probat vacuū non poſſe eſſe nō ſolum inquirit eius diffinitionez verum antiquos ipſum male diffinientes ipugnat infiniti etiā diffinitionē acceptioneſq; ponit ꝗuis neget ipm dari.

¶Et cōfirmatur: ſuppono ꝙ ſi detur aliquis terminus equiuocus in voce ⁊ concedas aliquē terminū mentalem preciſe et adequate taliter ſignificare ſicut ille terminus qui eſt in voce ꝙ tibi ex hoc ꝓbatū ſit equiuocū eſſe illū terminū mentalem hec ſuppoſitio manifeſta eſt: nam ratione equiuocationis termini vocalis poſſes facere aliquā propoſitionē mentalem verā eſſe ⁊ falſaz idemq; facies ratiōe termini mentalis hoc ſuppoſito ſic argumentor ſit ly a quod imponatur ad ſignificādum diſtributiue ab vno impoſitore ⁊ ab alio confuſiue equaleſq; ſint impoſitiones tūc hec propoſitio mentalis omnis homo eſt a animal eſt vera et falſa: ergo equiuoca et, non niſi ratione illius ſincathegoreu. a ergo illud ſincathegoreuma a eſt equiuocū. Tunc vltra ſic arguo ly omnis ſignificat taliter qualiter ly a: ergo ly omnis eſt equiuocum. conſequentia patet per ſuppoſituz. Preterea illa vocalis aſſumpta non ſubordinatur niſi vni in qua loco de ly a ponatur ſignum diſtributiuum: ergo ⁊c.

¶Forte dicis ꝙ ly omnis non eſt equiuocum: quia ꝗuis habet plures ſignificationes inordinatas tamen copulatim ⁊ coniunctim illas habet ſiue ſignificat ⁊ ly a non copulatim ſignificat.

¶Contra hoc arguitur: vl̓ tu intelligis ꝙ ly omnis habet ſuas ſignificationes coniunctim. i. ꝙ quamlibet illarū habet ⁊ hoc modo etiam ly a: copulatim ſignificat ſeu habet ſuas ſignificationes.

¶Preterea arguitur: intellectus poteſt conceptum producere habentem ſignificationes non magis conuenientes ꝗ̄ ſydus celeſte: ⁊ canes latrabiles: ergo poteſt producere conceptū ſynonimū ſecundū omnem ſignificationē cum hoc termino canis: conſequentia patet: quia non eſt maior ratio de vno ꝗ̄ de alio. Sz probatur antecedens. nam poteſt actuz diſtributiuuz producere qui copulatiue ⁊ diſiunctim intellectui repreſentat que ſignificationes non tm̄ conueniunt ſicut canis latrabilis ⁊ ſydus celeſte: ergo ⁊c.

¶Pro ſolutione horum notandum eſt primo ꝙ ideo negatur aliquem terminum cathegoreumaticū equiuocū eſſe in mente: quia non poteſt aliqua notitia incōplexa ſignificare aliqua indiuidua diuerſarum ſpecierū velut canez latrabilē ⁊ piſcem marinum: quin etiam ſignificet indiuidua ſpeciei intermedie. naz omnis talis. notitia debet abſtrahi ab aliqua conuenientia eſſentiali vel accidentali reperta inter ſignificata talia ⁊c. ⁊ quia non poteſt inter ſignificata talia reperiri aliqua cōuenientia quin illa inter magis cōuenientia indiuidua ſeu inter ſpeciem inter mediam ⁊ vnum illorum ſignificatorum reperiri poſſit ſemper ſecluſo hic conuenientiā illā accidentalem. que inter quecūq; inuenitur: vtputa repreſentari per hunc vel illū conceptum de qua iā diximus: ideo negamus talē conceptum in mente reperiri poſſe.

¶Atq; hic habes quomodo diffinietur hic terminus: terminus equiuocus mētalis ⁊ non vt quidam dicunt qui diffiniunt terminum equiuocum mentalez ſicut terminum equiuocuz vocalē: ideoq; plane errant. Nā cū concedant equiuocationem non reperiri in mēte ſimul concedunt terminum omnino eodē modo ſignificantem: ſicut ly canis in voce in mente vltimata reperiri quod repugnat dictis. Nam ſi terminus ille ponatur in propoſitione veram ⁊ falſam reperies propoſitionem.

¶Ex pricipio aſſumpto videlicet ꝙ oīs conceptus incomplexus debet abſtrahi ⁊c. non inferas (velut nonnulli) qui euidenter credunt hac ratione probare nō poſſe dari conceptum equiuocum a conſilio in mente ſicut voce. Naz naturalis ſimilitudo hominum homines pictos ꝑ ſimilitudinez repreſentat velut hec vox homo: nec oportet ꝙ ſignificatio talis abſtrahatur a conuenientia eſſentiali. Nam id non ſignificatur per illam notitiam principaliter: ſed mediante per ſimilitudinem eſt enim illa quedam ſignificatio ſequens principalem: ⁊ de ſignificatis principalibus: ⁊ non minus principalibus: aut reſpectiuis, intelligunt id principium nominales.

¶Atq; hinc fit, cum nihil ſit ſignificatio ſeu res ſignificata per ſincathegoreuma ⁊ huiuſmodi actus ſignificationem nō abſtrahi ab aliqua conuenientia nō em̄ huiuſmodi ſignificationes ſicuti diſtribuere ⁊ confundere aliquo pacto conueniunt aut differunt.

¶Nunc autez ex his reſtat reſpondere ad argumentum ad quod fuiu quidam modus reſpondendi quorūdam aſſerentium quodcūq; ſincathegoreuma vocale, exercens diuerſa officia equiuocū eſſe multiſq; actiōus ſubordinari. itaq; nullus actus mētalis diſtribuit ⁊ cōfundit. Sed datur vnus actus tantum diſtribuens, nullo pacto confundens ⁊ vnus tātum confundens non potens diſtribuere ⁊ tunc dicerēt hāc propoſitionem oīs homo ē animal huic ſubordinari omnis homo eſt a: animal itaq; ille actꝰ omnis duobus ſubordinatur actibꝰ vni ſubiectum diſtribuenti ⁊ alteri predicatuz cōfundenti ⁊ hec negatio: non in hac ꝓpoſitione nō homo eſt animal tribus actibus ſubordinatur, vni diſtribuenti ſubiectum alij diſtribuenti predicatum: alij vero neganti copulam: ſed hoc non eſt verum. nam ſequitur in mentali cui hec propoſitio ſubordinatur omnis homo ē animal illud ſignum omnis efficit partem extremi. nam cuz ſubordinetur illa mētalis huic omnis homo eſt a animal in qua ſignum illud omnis non habet aliam virtutem niſi tantum ſubiectum diſtribuendi virtus eius non tranſit vltra terminum cui immediate additur: ergo per probata in difficultate nona: ſignum illud efficitur pars extremi clare namq; ſatis ibi probata eſt regula communis quam iſti nō poſſunt negare: nā fundamenta, que ponimus dubio ſexto ſunt conceſſuri: cum non ponūt equiuocationez in mente. Quare ergo aliter dicerem ſignificatiōes de ly omnis ꝗuis nullā habeāt conuenientiam nec differentiam non propterea efficere illū equiuocum: ſed quando queris quomodo tu habebis argumētum ad probandū male reſpondenti vnum terminū ſincathegoreumaticum equiuocum eſſe in mēte. Reſpōdeo ꝙ ad hoc ꝙ aliquod ſincathegoreuma eſſe equiuocum in mente, interas: ⁊ in voce aliquod ſubordinari diuerſis actibus nō ſynonimis ⁊c. Sufficit tale ſincathegoreuma diuerſa officia poſſe exercere taliter ꝙ ratiōe ſignificationū talis termini ſeu officioꝝ que exercet ꝓpoſitio aliq̄ vera ⁊ falſa poſſit ſimul eſſe.

¶Ex quo ſequit̄ ꝙ ſi vnū ſignū ſignificaret ſil̓ diſtributiue et ampliatiue ꝙ non eſſet equiuocū. Sed ſi eſſet ſignū taliter ſignificās ſicut poſitū eſt in ꝯfirmatione ſic ꝙ eque immediate ſignificaret ſupra vnū ⁊ eūdē terminū diſtributiue ⁊ determinate aut diſiūctim eēt equiuocū ⁊ ſic ſi vocale eſſet, duobꝰ actibꝰ deberet ſubordinari mētale autem tale non poteſt reperiri: non tamen eſſet equiuocum ſi ſupra vnum ſignificaret diſtributiue et ſupra alium confuſe vel determinate.

¶Circa dubiū decimumoctauū.

Utrum videlicet due negationes inueniantur in mente fuit opinio nonnullorum tenentium duas negationes non poſſe inueniri in mente ſeinuicem impedientes quorum rationes ponam quoniam multe earum procedunt: quia nō intelligūt ſignificationem huius termini negare ⁊ eorum rationes male ſoluūtur a communibus propter idem.

¶Arguitur igitur primo ſic. Si due negationes ſe impedirēt propōneq; affirmatiuā redderent: ſequeretur hanc mentalē eſſe affirmatiuā hō nō eſt aīal: id ſic probo: quoniā ſunt ibi due medietates illius totius negationis quarum quecūq; eſt negatio que ſe impedient.

¶Forte dices ꝙ ille due negatiōes vnā conſtituunt: ⁊ ideo non debent exercere officium duarum ſed vnius tantum.

¶Cōtra hoc ſic arguitur. ſequitur q̄ eadem ratione: due negationes in iſta propoſitione mentali nonnullus homo eſt animal non ſe impediēt: quia conſtituūt vnum. Sunt enim qualitates eiuſdem ſpēi eidē ſubiecto adequato inherētes.

¶Forte reſpondebis ſicut dicendū eſſe: patet ex dictis in quindecima difficultate q̄ ille due negationes nō ſunt eiuſdē ſpeciei: quia obiecta a quibus partialiter producunt̄ non ſunt conſimilia aut ſaltem eadē prima. nāq; producitur ab hoc toto nullus homo eſt animal.

¶Cōtra hāc ſolutionē arguit quidā. ſequeret̄ hanc eſſe affirmatiuā: hō non eſt animal quod ſic patet, nā actus ille negatiuus ſucceſſiue producit̄ aut ſaltem produci pōt. Sit ergo tēpus adequatū illius pductiōis vna hora in cui⁹ priori medietate producit̄ a medietas ſecūdū intēſionē & in poſteriori b: medietas.

¶Tunc ſic arguit̄ a: & b: differunt ſpecie: q: a diuerſis obiectis pducunt̄ a: enim ab iſta pp̄oſitione hō eſt animal producitur & b: ab aggregato ex illa & a. vt ſi dicas q̄ b a ſolo obiecto a: producit̄ dicam q̄ prima negatio huius hō nō nō eſt animal a ſolo obiecto ſecūde producit̄ propter paritatē rōnis vtrobiq;: & hoc debiliſſimo argumēto hic q̄uis teneat duas negationes reperiri in mente aſſerit tn̄ illas non eſſe intenſibiles: nec remiſſibiles quod iam probatum eſt eſſe falſum difficultate decima.

¶Quidā alius arguit ad probandum duas negationes non poſſe reperiri in mente capta hac. Nōnullus hō eſt animal illa negatio non prior nihil nec aliqualiter ſignificat: ergo nō eſt ſincathegorenuma in intellectu. antecedēs probatur. ſi aliquo mō imitaret intellectū hoc maxime eſſet ſignificādo aliqualiter pura negatiue vel diſtributiue: vel vtroq; modo. Sed nullū iſtoꝝ eſt dicendū: ergo nullo pacto ſignificat. minor pbat̄. Nā negatiue ſignificare eſt ſic immutare intellectū vt intellectus apprehēdat ſuppoſitū vel ſuppoſita predicati remoueri a ſuppoſito vel ſuppoſitis ſubiecti.

¶Sed intellectus nō talit̄ apprehendit poſtq̄ pure affirmatiue intelligit: ergo nō repreſentat negatiue & eodem modo probabis nō repreſentare diſtributiue, nam diſtributiue repreſentare non eſt niſi immutare intellectū ad hoc q̄ intelligat ſuppoſita termini copulatiue. Sed nūc intellectus diſiūctiue intelligit ſuppoſita ſubiecti & predicati: ergo negatio illa nō ſignificat diſtributiue. Si forte dicas illā negationē impeditiue ſignificare hoc non eſt verū. nā ſi negatio aliqua impeditiue ſignificat illi negationi erit naturalis ea ſignificatio & ſic nunq̄ poterit cadere ab ea quod tn̄ cōmuniter negatur: nec videret̄ bene reſpōderi ad argumentū velut apparet eſſe reſpondendū ex dictis dubio decimoſexto q̄ negatio illa, q̄uis nō neget nec diſtribuat ſignificat tn̄ diſtributiue & negatiue. Nā ſignificare diſtributi eſt poſſe diſtribuere aut eſſe aptū natum diſtribuere. Sed illa negatio nō pōt diſtribuere: qđ manifeſtū eſt. Nā exiſtente ſecūda non poteſt diſtribuere & non poteſt eſſe ſine ſecūda: ergo non poteſt diſtribuere.

¶Atq; ex hoc ſecundo ſic arguit. Illa negatio non nec aliqua eiuſdē ſpeciei non eſt reperibilis in mente: ergo communis ſchola errat: antecedens probatur. nam alias ſequeretur naturale deſideriū qđ ineſt alicui a tota ſpecie omnino fruſtrari, quod eſt contra mentem Ariſtotelis & auerrois. ſequela probat̄ illi negationi ineſt a tota ſpecie: hoc eſt ei ineſt & cuilibet eiuſdē ſpeciei negare et diſtribuere; ſed neq; ipſa neq; aliqua eiuſdē ſpeciei pōt negare aut diſtribuere: ergo fruſtratur illud indiuiduū ſcđm totā ſuam ſpeciem. Cōſequentia patet cū maiori: & minor probat̄ imprimis ipſa nō poterit negare. Nā ſi ſic hoc maxime eſſet vbi tertia negatio produceret̄. Sed tūc ſimpliciter eſt dicēdū tertiā aut oēs ſimul negare: quare nō ipſa ſola. q̄ aūt nulla eiuſdē ſpecie poteſt negare ptꝫ. Quia quilibet eiuſdē ſpeciei produci debet ab omnino ſimilibus notitijs & terminis. Quod ſi at nulla negabit magis q̄ iſta: ergo propoſitū. Et hoc argumēto cōi tenet duas negatiōes nō poſſe in aīa reperiri dicat q̄ q̄ ſi illud argumentū ſoluatur deſerīt opinionem communem.

¶Quidā alius qui eandē opinionē prius tenuit pter has rationes adducit hanc. Suppoſito mō quo pducit̄ actus negatiuus. Nā intellectus producit actū negatiuū ex conatu quo conatur intelligere predicatū remoueri a ſubiecto.

¶Tūc arguit̄ ſic in pductione huius negationis homo nō eſt aīal intellectus conatur intelligere predicatū remoueri a ſubiecto: ſed hac negatione exiſtente intellectus non pōt producere aliā negationem. Nam ad hoc q̄ aliā pducat requiretur q̄ conetur intelligere predicatum affirmari de ſubiecto: ſed non pōt taliter conari quin prior conatus deſinat eſſe: ergo nō pōt ſcđa negatio pduci qn̄ prima corrūpat̄. Patet ꝯña qm̄ per deſitionem conatus deſinit eſſe actus.

¶Item cōiter arguitur: due negationes ſunt agentia naturalia eiuſdē virtutis: ergo non poſſunt ſe impedire: patet conſequentia: quoniā agentia eiuſdem virtutis ſeinuicem adiuuant.

¶Hec ſunt argumēta que contra opinionē cōmunē adduci pn̄t que ſoluēda ſunt quorū aliqua & ſi communiter ſoluantur non tamē recte: vt qui hec adducunt argumenta probant. Omniaq; facillime ſoluunt: vt ſi intelligatur quid ſit negationē negare: nam pp̄ter eius ignorantiā hi non ſequuti ſunt opinionē cōmunem. Videnturq; apparētia argumēta adducta. Unde dico q̄ negationem negare non eſt aliud q̄ negationē ponere oppoſitū illius in qđ agit. Et hoc eſt qđ Auguſtinus voluit dicere cum dicit negatio eſt malignantis nature quicquid poſt ſe inuenit deſtruit: et eius oppoſitū ponit. Quo fit vt negatio ſemper neget: nam ſemper ponit oppoſitū. Si enī inueniat propoſitionē in qua denotatur predicatum competere ſubiecto facit predicatum remoueri a ſubiecto in pp̄oſitione illa cuius ipſa eſt pars. Et ſi additur pp̄oſitioni in qua denotat̄ predicatū remoueri a ſubiecto facit denotari predicatum affirmari de ſubiecto. Et ſi inueniat terminū diſtributū facit ipm̄ non diſtribui: et ſi non diſtributū diſtribuit: et hac de cauſa dicimus negationē diſtribuere: nam facit terminū ſupponere oppoſito modo: & quū non inueniat eum ſupponētem diſtributiue diſtribuit. Sed non dicitur facere terminū ſtare determinate aut diſiunctim: nam q̄uis inueniat terminū diſtributū per additionē talis terminus particulariter ſupponit: q: nunq̄ facit particulariter ſupponere niſi prius inueniat terminū illū diſtributū non inuenit autē terminū diſtributū niſi ab aliquo ſigno: ideo quando negatio aduenit & terminus tunc ſtat determinate velut in hac non oīs homo eſt aīal talis ſuppoſitio non dicitur ſolū prouenire a negatione: q: partialiter prouenit a ſigno diſtributiuo: ſed q: diſtributio prouenit a ſola negatione ideo dicimus negationē diſtribuere: ſed negationē diſtribuere nō eſt niſi negationem negare: nam negare vt dictum eſt/eſt oppoſitū ponere: et per hoc ſoluunt̄ facile argumenta ſcđm & tertium: & ideo ille nunc credo tenebit opinionē cōmunē. nam ſoluunt̄ eius argumenta: nam in hac pp̄oſitione nōnullus homo eſt aīal negatio prima negat. nam oppoſitū huius totius nullus homo eſt animal in quod agit ponit & copula affirmatur. Nam prius negata erat: et ideo ponitur oppoſitum eius.

¶Et ſi cōtra hoc arguas: q: ſequit̄ q̄ copula huius nōnullus homo eſt aīal negatur a prima negatione: nam oppoſitū eius ponitur. Et ex illo ſequitur q̄ propoſitio illa erit negatiua: nam copula principalis eius negat̄. Ad hoc rn̄deo negando aña: nam nō ponit̄ oppoſitū illius copule eſt aut illius pp̄oſitionis homo eſt aīal: ſed iſtius non eſt ſeu huius nullus homo eſt aīal: nam negatio illa in totum ſequens agit. Vel ſi non placet hoc pacto diſtincte aña vel q̄ negetur copula ſic vt hic capitur: q: ponit̄ oppoſitū illius: nam inuenit negatam & affirmat: & hoc modo cōcedo q̄ copula neget̄: nec ex hoc ſequit̄ q̄ ſit negatiua: vel q̄ neget̄ capiēdo ly negare ſicut capit̄ in diffinitione pp̄oſitionis negatiue: et ſic nego. nam negare vt in diffinitione pp̄oſitionis negatiue capitur nihil aliud eſt q̄ intellectū rōne negationis intelligere predicatū remoueri a ſubiecto quō copula huius pp̄ōnis nō nullus homo eſt aīal non negatur.

¶Poſſent etiā ſolui ille rōnes aliter non ſtando in fictione huius termini negare: ſed ſequēdo ſignificationē quam cōes ponunt: q̄ negatio illa ſignificat negatiue: et ſignificare negationē negatiue eſt negationē eſſe aptā natā negare: et non actu negare nec poſſe negare: nec ſequit̄

non pōt negare:ergo non eſt apta negare:nec propterea ſequit̄ naturale deſiderium ſcđm totā ſpēm fruſtrari.nā nō oīs aptitudo quā habet indiuiduū ſcđm ſe vel ſcđm ſpēm oportet ꝙ ad actū reducatur:ſed ſufficit ꝙ aliqua:nam ſcđm tenētes materiā celi differre ſpecie a materia horum inferiorū materia celi appetit formam ⁊ tñ nec ſcđm ſe: nec ſcđm aliquam eiuſdē ſpeciei habebit.Item ſcđm reales humanitas nata eſt cōicari pluribꝰ ⁊ tñ impoſſibile eſt ꝙ cōmunicetur pluribus. Sed quicquid ſit de hac ſolutione ſto in dicta prius videlicet quod quelibet negatio negat. id eſt oppoſitum ponit illius:in quod agit.

¶Tunc rñdeo ad formā argumentorū ad primū rñdeo ſicut reſponſum eſt vſq; ad vltimā replicā ad quā reſpondeo negando ꝙ a ⁊ b differant ſpecie:⁊ ad ꝓbationē nego ꝙ producat̄ b ab iſta propoſitione homo eſt aīal ⁊ a ſed ſolum ab iſta homo eſt aīal:⁊ quando infertur:ergo dices eadē ratione ꝙ prima negatio huius homo nō non eſt aīal:non producitur a ſecunda:concedo ꝙ poteris illud dicere: ſed male ⁊ ſic patet ꝙ hoc argumentum eſt multum in apparens propter qđ nō erat tenendū actus ſyncathegoreumaticos nō eſſe intenſibiles ⁊ remiſſibiles.

¶Ad ſcđm ⁊ tertiū reſponſio patet ex dictis ꝙ reſponſum eſt in antedictis.

¶Ad vltimū pōt reſponderi negādo ſuppoſitum ſi intelligat̄ de omni actu negatiuo. Sed cōcedat̄ ſuppoſitū de actu reddente ꝓpoſitionē negatiuā ⁊ tunc ad argumentū conceſſa maiore nego minorē: ⁊ ad probationē nego ꝙ non poſſit taliter conari videlicet ꝙ predicatū affirmetur de ſubiecto.quin corrumpat̄ prior conatus.nam intellectus pōt conatus illos habere ad oppoſita:nāq; intellectus poteſt ſe applicare quātomagis ꝙ illi conatus non ſint contrarij.nam per hoc ꝙ intellectus conetur hoc vel illud apprehendere non aſſentit nec diſſentit ⁊ ꝙ ille due aduertentie ſimul poſſunt eſſe patet.nam has duas apprehēſiuas homo eſt animal:⁊ nullus homo eſt animal poteſt intellectus ſimul ⁊ ꝓducere ⁊ habere:quare habebit aduertentias illas:ſeu conatus.Et ſi arguas ꝯtra hoc: qꝛ copula huius nō nullus homo eſt aīal:producitur a conatu :intellectus quo conat̄ intelligere predicatū ſubiecto cōpetere:ergo ab eodem conatu non producit̄ negatio ptꝫ cōſequentia:qꝛ ab eodem conatu non procedunt diuerſi actus.

